turus erat in matrem. sed qua ratione non ibi erat christus caro
quamuis secundum ipsam ibi fuit marie caro. Leui secundum
concupiscentiam carnalem. christus autem secundum substantiam corporalem
in utero erat. Leui et fuit in semine uisibili
corpulentia i inuisibili ratione. utrumque cucurrit ex a
braham. Sed ipso adam usque ad corpus marie
quia in primo non concepto est i extorto est. Christus autem uisi
bilem carnis substantiam de carne uirginis sumpsit. Ratio
uero conceptionis eius non a semine uirili sed longe alit
ac desuper uenit. Sic secundum hoc quod decimatus accepit. in
lumbis abrahe fuit. Ille ergo decimatus in abraham qui
sic fuit in lumbis eius. sicut in lumbis sui patris i ipse abraham
fuit. uel qui sic est natus de patre abraham sicut de suo patre
natus est abraham p legem s. i membris repugnantem legi
mentis. i inuisibilem concupiscentiam. quamuis eam casta
i bona iura nuptiarum non sinant ualere. nisi quantum
ex ea possit genus substituendo prospice. Ille autem non
ibi decimatus est caro cui non feruorem uulnus. sed
materiam medicaminis traxit. Nam est ipsa decima
tio ad prefigurandam medicinam pertinuit illum in a
brahe carne decimabatur quod curabatur non illud

Et ut ita dictum sit p a
braham. et leui qui decimas
accepit decimatus est. Adhuc
enim in lumbis patris erat.
quando obuiauit ei melch.
Si ergo consummatio per sacerdo
tium leuiticum erat. populus e
nim sub ipso legem accepit
quid adhuc necessarium fuit
secundum ordinem melch. ali
um exurgere sacerdotem. et
non secundum ordinem aaron di
ci. Translato enim sac
docio. necesse est ut et
legis translatio fiat.

unum curabatur. Sacerdotium caro habuit hec ipsi
peruersi hominis. sicut habebat uulnus preua
ricationis i medicamentum uulneris. uulnus
preuaricationis in lege membrorum repugnan
te legi mentis. quia per omne in propagatam carnem
seminali ratione quam traxerunt. concedicamentum
autem uulneris in eo quod tamen sine ope corporali in
sola materia corporali per diuinam conceptionis forma
tionisque rationem de uirgine assumptum est. Si ergo
i et c. Perfulit hactenus sacerdotium christi secundum ordinem
melch. leuitico nunc addit sed quod sacerdotium christi
leuiticum destruxit quo destructo necesse i de
struitur lex. que sub illo data est. Quia est sa
cerdos secundum ordinem mel. illud sacerdotium post leui
tico. ergo si potes o iudee hoc solue. si consumma
tio i perfectio erat per sac. leuiticum. quod aaron
de leui fuit. quid adhuc post quam consummaret
necessarium fuit dici a propheta dd. aliud secundum tertium
i sed tibi i sacerdotem qui a peccato liberaret quando non
illi surgere secundum ordinem mel. Et non dixit sit illud mel
esse. i non dici secundum ordinem aaron. in aliquo hoc addidit
ne utrumque teneri putes. Quia si leuiticum sac
dotium consummabat. frustra surgeret alius
secundum ordinem mel. sed surgit alius quod ibi notatur transla
tio et sac. i quod alius surgat subsequente
probat. i p tibi i ip uerum. Et tibi ubi. In quo
et hoc dicit. i ip uerum ibi i apostoli adhuc ma
nifestatum est. i sic constat alium surgere quod illud
non consummabat. Insistit letitie translatio et
quia si leuiticum sacerdotium non consummaret frustra alius surgeret sacerdos. Sed alius surgit
transfertur et sacerdotium. i translato sacerdotio. necesse est ut legis translatio fiat. Quia et si
nimis ab eodem i sub eadem sponsione utrumque data sunt. quod de uno dicitur. necesse est ut de altero in
telligatur. i nimio translato sacerdotio transfertur lex. populus enim accepit legem sub ipso sac
dotio. quia in manu sacerdotis est lex. i per eum impletur lex quod dicitur consummare uel per
legem. Si ergo. de melch. Ostendit quantum melior esset quam abraham. i utrumque distinctum predi
cauit. Hic autem incipit nouum i ueteris testamenti distantiam dare quia illud imperfectum est. hoc autem per
fectum. i ueteritatem prefigurauit. Ostendens quod melius est sacerdotium secundum ordinem mel. leuitico.
Quia quod christus est secundum ordinem mel. ergo respondeo iudee. si consummatio i perfectio est per sac. leui. quod utique
debet esse populus et sub ipso le. ac. quid adhuc necesse fuit dici a propheta. alium surgere
sac. secundum ordinem mel. i non secundum ordinem aaron. Quia non fuit necessarium. Translato et. Quia dico quod populus
sub sacerdotio legem accepit. Si ergo sacerdotium translatum est. necesse i legis. Et per et sacer
dos sit restaurato i lege i preceptis esse. Transeundum ergo est a lege ad euangelium. i hoc quod
ait. translato et. Quia ideo dico legem sub sacerdotio datam. quia sic uoto quod translato
sa. i destructo. necesse est ut i lex sit trans. i non i lex destruatur quia non ei sub eo
hec translatio sacerdotii prefigurata fuit in samuele. qui est non esset de tribu leuitica.

sed de tribu estimum electus est sacerdos a domino
reprobans filiis hely et dicens. Qui
honorauerint me honorabo eum. et qui me
inhonorauerint inhonorabuntur. In quo
enim et cetera. quia non transfertur sacerdotium et sur
git alius quod ideo est dictum quia et per ritum et per tribum.
primum de tribu ostendit. post ea de ritu. quia non
secundum ritum alius surgit. Et enim in quo id est in cuius
figuratione hec dicuntur scilicet tu es sacerdos in eternum
et cetera. de alia tribu est non de tribu leui. de qua
alia nullus presto fuit altari id est accessit ad mi
nisterium altaris. et quod de alia fuit. ma
nifestum est enim quod dominus noster scilicet christus ortus sit ex
iuda. de tribu ad tribum translatum est sacerdo
tium. de sacerdotali ad regalem. ut
eidem sit sacerdotalis et regalis. ut fuit
melchisedech rex et sacerdos. et mirum
re misticum. primum fuit regalis postea fuit
sacerdotalis sic christus rex erat semper. sacerdos
autem factus est. quando carnem suscepit. quando sacrificium
obtulit. in qua tribu nichil de sacerdotibus
moyses locutus est. ut de ea aliquis sacerdos
esset. et amplius quam per tribum adhuc mani
festum est. quod transfertur sacerdotium et surgit
alius. hoc est enim firmior probatio per ritum.
quia si tribus in samuele mutata erat
non ritus. et uere manifestum est. si id est quia
alius sacerdos exurgit. secundum similitudinem
id est ritum mel. Ut enim ille panem et ui
num obtulit abrahe ita hic discipulis
in eisdem speciebus carnem et sanguinem
dedit. exurgit alius dico. qui alius non
est factus sacerdos. secundum legem carnalis mandati.
id est secundum preceptum legis. quia lex solummodo man
dabat et promittebat carnalia. sed secundum
uirtutem uite insolubilis. id est secundum diuinitatem quia
in eo est. per quam dat uitam eternam. sicut sic
placuit ditari. Uel ita non est factus sacer
dos secundum legem carnalis mandati id est secundum carnalem intel
lectum legis. ut faceret secundum carnales obser
uantias. sed secundum uirtutem uite insolubilis. id est secundum spiritua
lem intellectum ipsius legis. que exequitur
uitam hominis eternam. ecce distat inter sacer
dotium et sacerdotium illud carnale hoc
spirituale illud temporale hoc eternum. Con

In quo enim dicitur de tribu est
alia. de qua nullus altari
presto fuit. Manifestum est
enim quod ex iuda ortus est
dominus noster. in qua tribu nichil
de sacerdotibus moyses
locutus est. Et amplius
adhuc manifestum est
si secundum similitudinem
melchisedech exurgit alius sacer
dos. qui non secundum legem
mandati carnalis factus
est. sed secundum uirtutem uite in
solubilis. Contestatur enim
quoniam tu es sacerdos
in eternum secundum ordinem
melchisedech. Reprobatio quidem fit
precedentis mandati propter in
firmitatem eius et inutilita
tem. Nichil enim ad per
fectum adduxit lex. Intro
ductio uero melioris spei per
quam proximamus ad deum. et quantum est.

testatur enim quod secundum ordinem melchisedech sit sacerdos per huius
auctoritas. contestatur enim deus meus christus est alius talis
scriptis quod christus est sacerdos secundum ordinem melchisedech sed fideliter po
nit ipsa uerba dauid dicens. quoniam tu es. quod ita
contestatur. quoniam dicit tu es sacerdos in eternum secundum ordinem melchisedech. Uer
bi dauid secundum uirtutem uite insolubilis. contestatur
enim deus pater uiue uiuendo de filio. quoniam dicit
de eo. tu es sacerdos in eternum secundum ordinem melchisedech. Reprobatio quod ostendit
sacerdotium esse translatum ex tribu et ritu per quod con
stat legem quoque esse translatam. sed quia forte ad transferen Crisost.
dum legem demonstratione sacerdotii translatio suf
ficere non uidebatur. supponit hanc causam quia omnino horum
a translatione sicut causam aliter uix cognoscitur. O
stendit enim quod uetus testamentum destructum est. de ca
laudis dictum. et nouum substitutum. quia scilicet ipse sun
t aliud fuit infirmum. tunc prius subiuncte
hanc aliam perfecte quod ualet ad laudem noui sacerdoti
autem utique sic. Reprobatio quidem fit. id est fit reprobatio legis pre Crisost.
cedentis mandati id est ueteris legis. et bene ait precedentis
quia aliquando debuit sequi. reprobatio fit dico. et hoc non di
co propter malignitatem eius. non propter malitiam sicut here
tici insurgentes in ipsam. sed propter infirmi
tatem eius. quod habuit dum steterit. quia etsi aliquid recte fecit
non plene iustificauit. et inutilitatem quia in lit
tera sola et infirma. sed in diuina preciosa est. nec si tene
tur quia post aduentum christi inutile erit. sicut ea quod olim sic Aug.
bat ut hic predicentur. sicut circumcisio et id est littera po Ide in epla ad
puli per illo prestandum uetus dicitur data sit ad Jeronimum.
significationem futurorum quia per christum oportebat impleri. quibus
aduenientibus remanserunt illa christianis et in lege
da. Admittentiam prouisse perhibent non autem necessario
facienda. quia adhuc expectandus esset uel uenturus
reuelando quod hiis significabat esse uenturum. Sic in
nunc quisquis christianorum sicut ea celebrare uoluerit.
quasi sopitos cineres eruens non erit pius deductor
sed bustorum corporis sed impius sepulture uiolator. Ni
chil enim quia uetus infirma fuit. et nichil enim ad per
fectum adduxit lex. id est neminem iustificatione
perfecit. et si enim aliqui tunc perfecti fuerunt. non tamen ex ea
lege per eam sed per fidem nouum. Introductio uero quod il
la reprobat. Introductio uero fit per predictum pontificem
melioris spei id est melioris legis per quam speratur glo
ria eterna. Ibi enim sperabantur temporalia. hoc celestia per quam
spem proximamus ad deum et quantum est. Hoc per
tinet ad commendationem noui sacerdotis

Ambr.

Aug.

7

Crisost.

[illegible]

Quam sic' anchorā h'm' aĩe tutā ac firmā ⁊ ince dentē usq; ad interiora ue laminis. ubi p̄cursor pro nob introiuit ihc scd' or dinē melchisedech pō tifex fcs in eternū. Hic enī melchisedech rex salem. sacdos dī summi q obuiauit abrahe re gresso a cede regū ⁊ bndi xit ei. cui ⁊ diuisit abrahā decimas. Primū qdē q interptat' rex iusticie. de inde aūt ⁊ rex salē. q ē rex pacis. sine pat' sine mat' sine genealogia. neq; initiū neq; finē uite hns assimulat' aūt filio dei manet sacerdos in ppetuum

[illegible]

que per v. sensus subiciuntur, id est diaboli. Sic .iiii.or reges per v. victos in quibus loth tenebatur et benedixit ei s. fideli dando incrementum fidei et boni operis. Dans ei panem et vinum, id est corpus et sanguinem suum, quo pasti a peccatis mundantur et in fructu confortantur. Cui abraham id est fidelis dat decimas omnium, id est omnem perfectionem vite suam ei attribuit. Item diligenter attende que sequuntur quoniam christo conveniant. Primum quod dicitur est melch. id est rex iusticie. hoc in christo qui iustos facit et regit. Deinde autem rex salem id est rex pacis. Et hoc in christo qui pacificavit que in celo et que in terra sunt. Alius homo est rex iusticie et pacis non christus nullus. Item nota quod recte prius dicitur est rex iusticie post rex pacis, quia christus regit prius suos hic in iusticia post in futuro reget eos in pace eterna. Sine patre id est sine patre secundum carnem, sine matre secundum divinitatem. et sine genealogia, quia filios carnis non habuit nec quia habuisset non sunt quia coeternum patri est secundum divinitatem. christus id est omnino non habent initium neque finem. in his omnibus similitudo est huius illi id est sicut omnes patriarche et prophete figura fuerunt christi. melch. tamen specialius quia non de gente iudeorum vel quadam dicitur processit in typum sacerdotii christi qui dicitur sacerdos secundum ordinem melch. in typo eius quia solus rex et sacerdos fuit, id est ante circumcisionem functus sacerdotio, et non elegit a iudeis sed iudei a gentibus sacerdotium acceperunt, et non fuit unctus oleo visibili ut moyses instituit sed oleo exultacionis id est puritate fidei, nec animalia immolavit sed pane et vino christi sacerdotium dedicavit. Vel sine patre sine matre est christus secundum duas nativitates, id est patrem habet et matrem sed quia in genesi inducitur subito occurrisse abrahe et non ante nec post genealogia eius invenitur, vel nomen. hoc autem exemplo affirmat apostolus quod sacerdotium aaron et principium habuit et finem sed ecclesie sacerdotium imperpetuum et in futurum eternum sit, qui non alius processit ante melch. nec post christum succedet. Vel post christum non solum successit, nec in futuro succedet alius. In omnibus autem assimilatus filio dei manet sacerdos in eternum vel imperpetuum quia scriptura obticet quod aliquis ei successisset. Vel iustior propter eum loquitur de sacerdotio christi. manet sacerdos in eternum non in se sed in christo id est sacerdotium eius in christo et in ecclesia durat in eternum quia non alicui succedit ut leviticum. Intuemini autem. Commendatis quibusdam quibus assimulatur melch. dei

Intuemini autem quantus sit hic cui et decimas dedit de precipuis abraham patriarcha. Et quidem de filiis levi sacerdotium accipientes mandatum habent decimas sumere a populo secundum legem id est a fratribus suis quamquam et ipsi exierint de lumbis abrahe. Huius autem generatio non annumeratur in eis decimas sumpsit abraham et hunc qui habebat repromissiones benedixit. Sine ulla contradictione. Quod minus est a maiore benedicitur. Et hic quidem decimas morientes homines accipiunt. Ibi autem contestatur quia vivit.

filio id est christo adhuc ostendit magnitudinem commendanda dignitate ipsius et excellentia sacerdotii eius, preferens eum ipsi abrahe patri omnium et omnibus leviticis qui tales fuerunt melch. Intuemini autem et ex factis quantus sit hic id est melch. cui abraham patriarcha id est princeps patriarcharum decimas dedit tamquam minor maiori et hoc de precipuis suis. hoc est preter quod supra dixit. dicitur Ecce hic melchisedech prefertur abrahe quem iudei extollunt de quo gloriantur quem christus iudei preponere voluerunt dicentes: numquid tu maior es patre nostro abraham etc. (Ambr.) Et quidem. hic prefertur leviticis quasi hic intuemini quantus sit. Et hic quasi aliquid quidem de filiis levi accipientes sacerdotium id est per hoc quod acceperunt sacerdotium aliorum non audent sumere nisi decimas sumunt decimas sed habent mandatum in lege sine qua auctoritate numquam presumerent sumere decimas, nec ab aliquo summo vel ab alieno sed a populo hebraico id est carnis cognatione coniuncto id est a fratribus suis in quibus melius licet consider sumere decimas non absoluta licentia sed secundum legem id est non aliter quam precipit lex. hic autem secundum nullam legem accepit a patriarcha cum esset alienigena et indignior. Quamquam et in hoc quod sumunt decimas preferunt, quamquam et ipsi exierint de lumbis abrahe, id est pares sunt abrahe in genere. (Crisost.) (Ambr.) Tamen est quippe sacerdotii excellentia ut in similes genere et eiusdem habitus progenitore multo ampliores digniores sint fratribus suis. Unde abraham patriarcha in contrario alienigene decimas non dedisset, nisi excellentior esset in quo et ipsi levitici sacerdotes decimas solvere. Huius autem quasi filii levi a fratribus acceperunt, sed melch. cuius generacio non annumeratur in eis, id est in iudeis, quasi qui erat alienigena absque legis mandato sua auctoritate sumpsit decimas quasi excellentior abraham patriarcha et benedixit hunc. s. abraham tam magnum qui habebat id est cui facte sunt repromissiones quod gentium in suo semine benedicendarum. quasi benedicens eum et in tempore maioris dignitatis. (Crisost.) benedixit dico sine ulla autem contradictione quod minus est benedicitur a maiori. Sine typus christus melior est promissiones habente. quod hic videtur minus quod benedicitur ab aliquo ex communi omnium iudicio id est sine ulla contradictione et sic in acceptione partis decimarum contradictione quod non sit maior qui et filii levi acceperunt a fratribus suis. hic tamen non per contradictionem. Et hic quasi hic et inde intuemini dignitatem melch. id est quod hic quidem id est in sacerdotio levitico homines morientes accipiunt decimas. ibi autem ubi agitur de melch. scriptura contestatur id est contra mortem testatur vel contestatur id est in multis locis testatur s. quia vivit, quia de morte eius nichil dicitur in figura christi. Gerebat enim typum pontificis veri eterni ex (Crisost.)

Crisostomus. qui hoc acceperunt semel. i. rursus renouari. i. rebaptizari. i. non rebaptizentur post penitenciam. Renouari enim est nouum fieri. nouum autem facere lauachri est. Unde renouabitur sicut aquile iuuentus tua. Hoc fit in baptismo cuius uirtus in cruce christi constat. Unde subdit. Rursum crucifigentes filium dei. et ostentui habentes. i. irrisioni. Sibimet ipsis. i. quantum ad se ipsos. Et non enim iterum crucifigendus est christus. sed similes sunt irrisoribus et crucifixoribus. quia una mors christi unum baptisma consecrauit. quod sufficit contra omnia peccata inconsequentia si penitencia de hiis agatur. sicut illa mors sufficit ad omnia peccata tollenda. Et qui non credat baptismum quod illa una mors. et unum ex ea baptisma non sufficiat. et iterum mortem. et ex ea iterum fiat remissio quod impossibile est. Sic enim impossibile est secundo crucifigere christum. ita secundo per baptismum mori peccatis. Facti enim sumus per baptismum conformes similitudini mortis eius et consepulti ei sumus per baptismum. Crisost. Item quia in baptismo sumus conformes morti eius et sepulture. qui putant secundo baptizari secundo quantum ad se christum crucifigunt quod est eum habere ostentui. Ut enim semel mortuus est in carne. ita nos in baptismo semel peccatis mortui. non secundo uel tercio. Baptismus enim nichil aliud est quam mors christi cui qui baptizatur consurgit. Uel ita. rursum crucifigentes refertur ad hoc quod predixit prolapsi sunt. quasi impossibile eos qui est post baptismum grauiter lapsi sunt rebaptizari. propter quod deberent sibi cauere ne prolaberentur. et ideo quia si prolabuntur. i. in peccatis. i. in peccatis iacent. sunt rursum crucifigentes. et ostentui habentes filium dei. Et gentium contempnunt. Sibimet ipsis. i. quantum ad se. In se enim crucifigunt filium dei et contumelie habent. gratiam eius uilipendentes in peccatis iacent. et ostendunt hoc in eo. eum non debeant prima fide relicta in peccata cadere. non enim ulterius posse rebaptizari in remissione peccatorum et ita super contempnunt et ostentui habent dei filium. Terra enim quod impossibile est post lapsum aliquem rebaptizari quia tamen ymbrem bibere potest christi doctrinam quo penitenciam fructificet. et hoc est quod ait. Terra enim et cetera. Sol. et ait. hoc uel melius capitulum ut dicatur impossibile fore eos qui peccauerint per penitenciam renouari post hanc uitam. quasi dico quod fecerint ad perfectionem. si deus dederit nobis spacium penitendi in hac uita. recte hoc dixi. quia in alia impossibile est per penitenciam renouari. et hoc est quod ait. Impossibile enim est. Quod sequitur bona habuerint. et post hoc omnia. prolapsi sunt rursus. s. post hanc uitam. renouari ad. i. per penitenciam. quia licet hoc non ibi. ideo impossibile est eos renouari in alia uita per penitenciam. quia impossibile est rursum crucifigi. Sibimet ipsis. filium dei. et ostentui habentes. i. quia non possent effi- cere. non ualeat sibi iterum crucifixio christi. Sibi enim fieret crucifixio christi. si carnem suam crucifigerent cum uiciis et concupiscentiis. quasi hoc licet non ibi. neque possent habere christum ostentui. i. eum imitantes in nouitate uite. Terra enim. quasi. Uere in alia uita impossibile est renouari. quia hoc non bibit ymbrem. Terra enim. Uel ita continua. dixerat supra ferramur ad perfectionem subdens. et hoc faciemus. nec addit. iniustum est hoc facere. quia terra. i. mentes auditorum. s. perficiens anima bibens a similitudine arida terre ymbrem. i. doctrinam sanctam iure celorum. quam sicientes terre pluunt celi. i. predicatores. Ubi ueritatis ymbrem dico sepe uenientem a deo super se. Sepe uenientem. quia si rara est. non sufficit. si assidua inlesceret et ymbre irrigata generans herbam. s. fidem et bona opera oportunam. i. congruam non solum facientibus sed et illis a quibus colitur. i. predicatoribus illorum qui glorificabuntur in eis qui sunt cultores terre. qui nomine spirituali aratri uitia cum uiciis conscindunt. et falce uerbi dei noxia precidunt. Uel illis a quibus colitur. i. ipsis terris qui se colunt in bonis operibus imitando maiores suos. et illis facere fructum naturalitatis. quia patres suos qui eos in fide genuerunt imitantur. Terra namque bibens ymbrem. et generans ymbrem. accipit benedictionem a deo. hic augmentum uirtutum. et in futuro premium. Aliter non benedictionem percipit a deo nisi generaret letum fructum. et nota quia in his uerbis suggerat apostolus illos quibus loquitur sepe bibisse per legem et prophetas. ymbrem celestis doctrine. et nec sic primum fructum. germina fidei proferre. Proferens autem. quasi. terra bona accipit benedictionem. terra autem proferens in aperto. ut uideantur spinas. i. peccata que pungunt. ac tribulos. i. grauiora peccata que acuci pungunt. i. mentes uicio suo ad mala fecunda. reproba. i. reprobata est a deo. i. maledicto. i. dampnationi proxima. Non dicit uenit in maledictionem. sed proxima est. et adhuc licet ei iterum consummatio. i. finis supersecuturi. erit in combustionem eterni iudicii. et incendii. Confidimus. quasi. duriter uos increpaui et terrui. sed o dilectissimi. confido de uobis. quia talis affectionis estis meliora. quam combustionem. uiciniora saluti. quam sunt spine et tribuli. tamen et si ita loquimur durius terrendo. increpando. non diuinus hoc putando uos esse tales. s. spinis plenos. sed terrendo ne tales sitis terreo uobis ne tota re doleatis. et nota quod ait. confido de uobis. Terra enim de presenti non habet unde laudet de spe futurorum eos attollit. ad quam perpetuitatem allicit et reuocat animos eorum et confortat. antiquitus.

Crisost. Ier. Crisost. Remigius.

qui prolapsi sunt re-

nouari rursus

ad penitentiam

rursum crucifi-

gentes sibimet

ipsis filium dei et

ostentui habentes.

Terra enim super

se sepe uenien-

tem bibens imbrem.

et generans herbam

oportunam illis

a quibus colitur ac-

cipit benedictio-

nem a deo. Pro-

ferens autem spi-

nas ac tribulos

reproba est et ma-

ledicto proxima

cuius consummatio

in combustionem.

Confidimus autem de uobis dilectissimi

meliora et uiciniora saluti tametsi ita loquimur

Non enim iniustus deus ut obli
uiscatur operis uestri et dilecti
onis quam ostendistis in nomine
ipsius, qui ministrastis sanctis
et ministratis. Cupimus
autem unumquemque uestrum eandem
ostentare sollicitudinem
ad expletionem spei usque
in finem, ut non segnes effi
ciamini, uerum imitato
res eorum qui fide et patientia he
reditabunt promissiones.
Abrahe namque promittens
deus, quoniam neminem habuit per
quem iuraret maiorem, iura
uit per semetipsum dicens: Nisi benedicens benedicam te et
multiplicans multiplicabo te. Et sic longanimiter ferens adep
tus est repromissionem. Homines enim per maiorem sui iurant, et omnis con
trouersie eorum finis ad confirmationem est iuramentum. In quo habundan
tius uolens deus ostendere pollicitationis heredibus immobilitatem
consilii sui, interposuit iurandum, ut per duas res immobiles
quibus impossibile est mentiri deum, fortissimum solatium ha
beamus qui confugimus ad tenendam propositam spem.

Ambr.

temporalibus causa salutis eterne. appellatus a deo pontifex iuxta ordinem melchisedech. De quo nobis grandis sermo ininterpretabilis ad dicendum. quoniam imbecilles facti estis ad audiendum. Etenim cum debe[re]tis magistri esse propter tempus rursum indigetis ut vos doceamini que sint elementa exordii sermonum dei. et facti estis quibus lacte opus sit non solido cibo. Omnis enim qui lactis est particeps expers est sermonis iusticie. parvulus enim est. Perfectorum autem est solidus cibus, eorum qui pro consuetudine exercitatos habent sensus ad discretionem boni ac mali. Quapropter intermittentes inchoationis Christi sermonem ad perfectionem feramur, non rursum iacientes funda-

Amb. — Aug. in enchiridion. — Amb. — Or. — haimo — Ieron. — 6 — Ambr. — Aug. sr. Ioh.

sufficiens causa salutis eterne, id est glorie eterne omnibus obtemperantibus sibi. Tantum valet eius passio quod omnibus sufficit ad salutem. Quia salus hominum potest per eum esse, quia ipse est appellatus a deo, quod valet hoc ostendendo, non vincendo, pontifex iuxta ordinem melchisedech. De quo, id est de qua re, scilicet quoniam secundum ordinem melchisedech sit sacerdos et non secundum ordinem aaron, nobis faciendus est sermo grandis, id est profundus et subtilis, et ininterpretabilis, id est non habilis interpretationi, ad dicendum, id est ad exponendum. Sermo enim de incarnato filio difficilis est ad interpretandum. Vel ininterpretabilis quia multa in eo sunt sacratissima exponenda: de summa eius dignitate, et de eternis rebus immutacione, et de sacerdocii eius et testamenti excellentia et novitate, et de legis atque sacrificiorum illius temporis reprobatione, et de aliis misticis de quibus ut dictum est nobis grandis est sermo et ininterpretabilis ad dicendum, id est non habilis ad interpretandum vobis; non ideo hoc dico quin ego possim interpretari, sed quoniam vos facti estis imbecilles, id est debiles sensu, ad audiendum, id est ad intelligendum profunda misteria. Vel ita construitur. Ideo dico grandis quoniam vos imbecilles facti estis ad audiendum, id est ad intelligendum. Etenim. Hic infert hanc increpationem de infirmitate eorum, non alta de Christo laborent intelligere. Quasi diceret: ideo imbecilles facti estis in lege et prophetis. Etenim, id est quia, cum debetis esse magistri aliorum propter tempus, scilicet quia prius vobis annunciatum est de Christo, et quia exercitati estis in lege et prophetis ab antiquo, indigetis rursum, scilicet ut a principio catechizationis vestre, ut vos doceamini, sicut pueri quibus prima elementa litterarum dantur ad legendum, que sint elementa exordii sermonum dei. Exordium sermonum dei est simplex doctrina symboli fidei; elementa eius sunt materia que continet, ut nativitas, passio. Et facti estis, id est ad hoc redacti, quibus opus sit lac, ad similitudinem infantium, id est huiusmodi sermone, non solido cibo, qui confirmet eos, id est doctrina que est de archanis dei. Omnis. Quasi diceret: ideo non est vobis opus solido cibo quia estis participes lactis, id est simplicis doctrine. Omnis enim qui est particeps lactis, quod vos estis, id est qui particeps est lactis, id est qui lacte nutritur, expers est sermonis iusticie, id est qui iustis perfectis convenit, et hoc ideo, scilicet quia parvulus est, et vos in fide tenelli estis. Et est apta comparatio. Ut enim parvulus non discernit cibos utiles a noxiis, sic indocti quod non sit maiorum, ne diu maiorum valent apprehendere rationem. Quasi. Non capit verbum caro factum: In principio erat verbum. Et est: ecce adhuc parvulus et lacte nutriendus, propterea talia non valentibus omnis de hac re sermo qui agitur ut non

solum credantur vere esse, intelligantur sensibiliter. Quoniam dixit ociosum est facilius illos pervertere qui pascentur ex eo quod sunt non spirituales; ista carnalibus non omnino taceantur propter catholicam fidem que omnibus predicanda est, non tamen sic disserantur ut volentes eam perducere ad intelligentiam non capaces facilius fastidium faciant veritatis sermonem quam in sermone percipi veritatem. Perfectorum. Quasi: parvulus est particeps lactis, sed perfectorum sensu et opere est solidus cibus, de quo alibi ait: sapientiam loquimur inter perfectos. Quos autem perfectos hic intelligi velit declarando subdens: scilicet eorum qui habent sensus interiores non omnino naturaliter acutos, sed et exercitatos pro consuetudine, id est qui consueti sunt studio et lectione sanctarum scripturarum; exercitatos dico ad discretionem boni ac mali, vel boni animis bono et mali animi malo. Ecce hic ostendendo quid sit solidus cibus, id est separare bonum a malo, quod perfectorum est qui habent sensus exercitatos. Qui autem invalida et inexercitata mente hoc non possunt, perfecto in fide, quodam lacte nutriantur, ut invisibilia a quibus videntur et intelligibilia que non intelligit credantur; facile ad vanas et sacrilegas fabulas permissione sese seducuntur, ut et bonum et malum non nisi corporalibus ymaginibus cogitent et ipsum deum non nisi corpus aliquod esse existiment, et malum non substantiam cogitare non possint cum sit potius ab immutabili substantia mutabilium substantiarum quedam defectio, quas fecit ex nichilo ipsa immutabilis et summa substantia que est deus. Quod perfecto quisquis non solum credit vere esse, verum etiam in interioribus animi sensibus intelligit per experimentum novit, non est iam metuendum ne seducatur ab eis qui malum putando esse substantiam quam non fecit deus mutabilem substantiam faciunt ipsum deum, sicut manichei vel si qua alie pestes ita deceperunt. Quapropter. Videntur eis increpatis et culpatis eo quod velint semper eadem discere. Nunc blandiens illis sese eis coniungens hortatur eos ad perfectionem. Quapropter, scilicet quia perfectorum est solidus cibus, nos animo intermittentes vel remittentes, id est dimittentes, cum tamen aliquid sumus et sic nondum perfecti, sermonem inchoationis Christi, id est qui de Christo inchoatur esse in nobis, scilicet de initio fidei quo rudes cathezizandi sunt, ut est symbolum fidei et dominica oratio, feramur nos docendo

nos audiendo. Ideo dico. feramur, ne vobis animum
dando, qui vestrum potuit meum repulit. feramur,
dico, ad perfectionem christi. scilicet intelligentiam et opera bona
non rursum iaci(entes), id est feramur ad perfectionem. iacientes
funda(mentum), quasi prius dixit inchoationis sermonem. Hic appel-
lat fundamentum, eo quod ad religionem christianam venien-
tibus proponitur. Istis hic quasi perfectionis est edificatur. Hoc autem
fundamentum dividit in sex, que sunt inchoatio, scilicet peni-
tentia, fides, baptismus, doctrina, et impositio manuum
et resurrectio atque iudicium. Quasi nos dico iaci(entes) fun(damentum)
peni(tentie), id est iacientes penitentiam, quasi lapidem in funda-
mento, que penitentia est ab, id est de operibus mortuis, id est de pec-
catis, vel de hiis que post omnia bona opera peccando fecerunt
irrita. Que mortua vero opera dicuntur peccata, que occidunt
animas. Unde in lege prohibebatur tangere mortuum. Tan-
gere vero mortuum est facere peccatum. Vel que post omnia bona perse-
quens malum mortua erunt. Penitentia autem ab hiis est
fundamentum, sine quo nichil boni edificatur. Quod est autem a
mortuis operibus penitentie non ab hiis que oportet mor-
tificari non vivificari. Et iacientes fundamentum fidei,
que sit ad deum, non scilicet quas partes fidei habent, et non aliam
prius esse fictam. Contra hic fecerunt qui in lege fictam
querunt. Et fundamentum et doc(trine) baptismatum. pluraliter dicit, quia est
baptismus in aqua et penitentia, in sanguine, quia sic
mundatur homo a peccatis per penitentiam vel sanguinis
effusionem sicut per lavacrum baptismi. Unde tamen dicitur esse
baptisma, quia una forma, necessitati potius. Una
ibi est tamen operatio. Hic ergo ideo dicit baptismi in penitenti-
a vel in sanguine quasi sacramentum baptismi celebretur non in
aqua accedente verbo, sed quia vicem baptismi supplet ef-
fusio sanguinis pro nomine christi, et quia fides et penitentia, ibi dum
vacat non articulus necessitatis non contemptus religionis
sacramentum baptismi excludit. Ideo quoque sic intelligendum illud
est: Nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu sancto, non intrabit etc., id est qui non fu-
erit renatus ea regeneratione qua renascuntur illi qui rena-
scuntur ex aqua et spiritu sancto non salvabitur. Ea vero renasci-
tur diversis modis homines. alii per penitentiam. alii per ef-
fusionem sanguinis. alii per baptismum. Ideo pluraliter dixit bap-
tismatum. fundamentumque inpositionis manuum, quia nisi
quis credat quod per manus impositionem detur spiritus sanctus ad re-
missionem et confirmationem non est fundatus. ac funda-
mentum et resurrectionis mortuorum, quia nisi quis credat quod
resurrectio christi faciat resurrectionem mortuorum, non habet quod
superedificet. et fundamentum iudicii eterni. quia que
quod ibi statuerit in eternum durabit. quasi iudicium

vitium penitentie ab operibus mortuis. Et fidei ad deum, baptismatum doctrine, inpositionis quoque manuum, ac resurrectionis mortuorum, et iudicii eterni. Et hoc faciemus si quidem permiserit deus. Impossibile est enim eos qui semel sunt illuminati, gustaverunt etiam donum celeste, et participes facti sunt spiritus sancti, gustaverunt nichilominus bonum dei verbum virtutesque seculi venturi

qui non credit non habet fundamentum. Hic illi quos super argu-
it apostolus non integre credebant. Sed vero sciebant omnia in bap-
tismate dimitti, et per impositionem manus spiritum sanctum da-
ri, leve superfluere non putabant aliquid querere. Si sciebant
per eum resurrecturos mortuos vel vivificandos vel
iudicandos. Et nota hic. Vel recte dici fundamentum
sine vero eum quia ad doctrinam litterarum inducuntur elementa
oportet prius audire. Sic christianum hic scire integre
et nil dubitare de istis sine quibus vita non aderit integra.
Ideo quecumque aliquis ad fidem convertitur, prius hic penitere, in deum
credere, baptizari in remissionem peccatorum, confirma-
ri per impositionem manuum, ac resurrectionem et diem iudicii
prestolari. Hic ergo omnia pertinent ad initia neophitorum.
hec omnia non precesserint in fundamento, nemo post bona opera
vivit, quia hic omnia illi necessaria sunt dicens. feramur ad perfectionem
iacientes hec omnia sicut lapis iacetur in fundamento. Ia-
cientes dico non rursus, id est non sicut olim, scilicet non ita negligenter
non olim vel sicut post ceciderunt, sic tamen cadant. Vel ita feram-
ur ad perfectionem non rursus, id est non amplius non tamen iacientes
fundamentum pe(nitentie), id est ita ut faciamus non amplius facere non sit opus.
Scire iustus non solum vitam sed et aliud culpat velut
commotis in opere hostibus fundamentum constituere. certa non
mutantur. Et hoc quasi feramur dico ad perfectionem. Et hoc faci-
emus, id est ad perfectionem feramur, si quidem permiserit deus, id est si in hac vi-
ta spacium penitendi dederit. Ne vero quis existimet
secundum vel tertium baptismum post peccatum posse fieri lapsos post
perceptionem sacramentorum posse per baptismum renovari
subdit. Impossibile. Quasi dico feramur ad perfectionem
sed nemo putet post lapsum peccati per baptismum secundo vel tertio
posse renovari. Impossibile est vero non tamen difficile ne
quis in hoc fidet. Impossibile est inquam eos qui semel sunt illuminati per fi-
dem et baptismum et spiritum sanctum, et per ipsam fidem gustaverunt,
id est qui suavem gustum noscendo perceperunt, donum celeste, id est remis-
sionem peccatorum in baptismo, et qui et participes facti sunt spiritus sancti, ha-
bentes gratiam linguarum et talia dona, et gustaverunt bo-
num dei verbum, id est divinitatem christi vel evangelicam doctrinam
nichilominus quam nos vel nichil quam facti sunt participes spiritus
sancti, virtutesque seculi futuri, scilicet gustaverunt, id est que impassibili-
tatem et inmortalitatem futuram spe gustaverunt, et postea
prolapsi sunt, id est graviter peccando lapsi sunt. eos inquam quasi
hec bona habuerunt, ne dum penitentes malos impossibi-
le est rursus fictiva recuperata renovari per bap-
tismum motos scilicet ad penitentiam. Negat hic apostolus
iteratione baptismi sed non excludit penitentiam, et est
sensus. Impossibile est eos motos ad penitentiam

Crisostomus.

Remigius.

Crisostomus.

Crisostomus.

Remigius. Crisostomus.

Remigius

cıones earum cogitacionum s. quo singule tendant an ad bonum an ad malum ut apostolus dicam. non est ulla creatura terrena uel celestis inuisibilis in conspectu eius. id est in presentia diuinitatis. Vel ita ab illo loco: pertingens est sermo diuinus usque ad diuisionem anime ac spiritus. id est ad discrecionem carnalium et spiritualium peccatorum. Anima enim communis est bestiis spiritum intelligimus cum angelis. ideoque per animam intelligimus carnalia peccata. id est que actu fiunt corporis ut luxuria. per spiritum uero spiritualia. id est que animus sentit ut superbia discernat sermo dei inter carnalia peccata et spiritualia. id est discernit quis quid agit et que quo animo.

Aug. contra faustum

Vnde subdit. Compagum quoque etc. Vel ita. ut per animam accipiantur carnales cogitaciones et male per spiritum spirituales cogitaciones que sibi iunguntur et bone et est sensus pertingens usque ad diuisionem anime ac spiritus. id est usque ad discrecionem carnalium et spiritualium cogitacionum. Sequitur. Compagum quoque et est ordo uerborum talis. ipse est discretor. compagum. quod ipse apostolus dicit subdens. s. cogitacionum et cordis. Compages enim dicit cogitaciones cogitacionum. id est coniunctiones que sibi iunguntur. quia alia aliam sequitur. Et medullas dicit subtiles intenciones earum. Si enim cogitacio cogitacioni coniungitur ipse nouit quare sit sed omnino et quare sed scit. nouit quoque quo se uergat intencio earum et non est

Amb

ulla creatura inuisibilis in conspectu dei. hoc non mirum. Sequitur. Omnia autem. Dico quod nulla creatura est ei inuisibilis. sed potius omnia. s. ce-

Ieron

lestia et terrena sunt nuda. id est dico aperta et reuelata et etiam aperta. id est manifesta que ex omni parte plene uisa oculis. id est uisioni eius. s. filii dei. Et quia aliquis diceret quid ad nos de hiis omnibus subdit. Ad quem dei filium nobis est sermo. cui oportet nos reddere racionem. de operibus et cogitacionibus et intencionibus nostris. Habentes ergo id est. hic incipit agere de pontifice Christo. ostendens quomodo sit sufficiens ad omnia et quomodo dignior ueteri sacerdote. quem imitatur et legem. que sub illo est per meliorem legem suam et quomodo necessarius nobis sit ad uitam eternam et salutem. Quod quia talis sermo dei est ergo teneamus confessionem. id est fidem cordis et confessionem oris. ut fides sit et in ore. que fides et confessio est causa. spei nostre. id est future beatitudinis que speramus et iusto tenere debemus. quia idem ipse sermo dei

Amb.

pontifex nobis est. qui obtulit se scilicet quod hoc. et hic est quod ait

Aug

nos dico. habentes pontificem magnum. s. qui est super omnes pontifices. qui penetrauit. id est penitus intrauit. ut sequitur post. sunt non dico sancta sanctorum templi. sed celos. quem scilicet Ihesum filium dei.

haimo

qui. qui est et saluator et filius dei. Non enim. quod dico teneamus et tenere debemus. que est sit pontifex idem misericors. tamen expertus infirmitatem. et hic est quod ait. Tenere debemus. quia non habemus pontificem qui non possit. id est qui non nouit compati. id est condescendere per se hic dicit sicut medicus infirmo infirmitatibus. id est fragilitatibus nostris. hoc dicit ne pro peccatoribus desperent quod ad eius

omnia autem nuda et aperta sunt oculis eius. Ad quem nobis sermo. Habentes ergo pontificem magnum qui penetrauit celos Ihesum filium dei teneamus confessionem spei nostre. Non enim habemus pontificem qui non possit compati infirmitatibus nostris temptatum autem per omnia pro similitudine absque peccato. Adeamus ergo cum fiducia ad thronum gratie eius ut misericordiam consequamur et gratiam inueniamus in auxilio oportuno. Omnis namque pontifex ex hominibus assumptus pro hominibus constituitur in hiis que sunt ad deum ut offerat dona

pertinent altitudinem. et si enim ita sit altus non potest compati. hoc dicit ne ideo quod altus est. uideretur ab iis. temptatum autem. quod non habemus talem qui non possit compati. sed potius temptatum a diabolo et ab omnibus quod teruisus et cetera uerisimile fuit. non potest compati. temptatum dico per omnia genera temptacionum et hoc pro similitudine carnis peccati. id est quod similis aliis fuerat hominibus sed penam. Vel pro similitudine. id est ut exemplum daret. aliis similia sustinendi et tamen absque peccato. non potest liberare. Lex enim quod temptata est scit compati. Lex eo uero quod sine peccato est. potens est liberare. Impossibile est enim scire afflictionem. hominis qui afflictionis experimentum non habet et sensibiliter omnia non sustinuit. Christus uero non scit uero solum per hoc quod deus. sed quia omnia nouit. sed per hoc quod homo et similia sustinuit. Adeamus ergo. quod ergo talem habemus pontificem qui potest compati nobis. ergo adeamus fide intencione et opere cum fiducia. id est fiducialiter licet peccatores simus. quia compaciens est non dico ad tribunal iudicii. sed ad thronum gracie. id est Christum in quo regnat gratia. ut per eum consequamur misericordiam. id est remissionem peccatorum precedentium et ideo liquor inueniamus gratiam oportuno. id est inueniamus gratiam per quam auxiliemur recedamus uel recidamus. in hac uita. Sicut enim est ei auxilium nunc est donorum et post baptismum peccantes per gratiam inueniunt penitenciam possibile. Cum autem thalamus fuerit clausus et intrauerit rex uidere discumbentes et ad sinum patriarche uenerit qui eo sunt fuerint digni. tunc maxime erit desperacionis tempus. Nunc autem dum adhuc agon permanet et palma pendet. non est desperandum. sed cum fiducia. id est sine dubitacione accedendum ut per gratiam inueniamus auxilium oportunum. Est enim auxilium quod non congruit. Omnis namque. Vult apostolus iam ostendere quod multo melius est testamentum nouum quam uetus. hoc autem facit longius a superioribus instruens cum ipse sermonem quendam incarnacionis. Et quia spiritualia non sic introducit. in sermone non corporalia. ideo de hiis uero agere uolens ostendere nouum testamentum esse melius uetere. et pontificem quendam cotidie Christus est sacerdotibus ue-

teris legis. quedam non altiora pertinencia soli Christo. quedam humiliora et illi et aliis sacerdotibus conuenientia. quod per eum possimus consequi gratiam et misericordiam quod autem non ostendit. Omnis namque pontifex sed legis ex hominibus. id est ex numero hominum assumptus ad aliquid dignum per quod ualeret iuuare alios pro hominibus constituitur. ut per eum impetret a domino

uitiam constituitur. dico in his que sunt ad deum offerendis in immolationibus hostiis. precibus que ducunt ad deum. id est ut offerat deo dona. scilicet primicias et huiusmodi. et sacrificia de animalibus pro peccatis diminuendis. qui condoleat. quia ex hominibus sumptus. et talis qui possit consueta bonitate his qui ignorant condolere. id est ex ignorantia peccantibus. et his qui errant. id est scienter peccantibus. et merito condolere debet. quoniam et ipse ut illi circumdatus est infirmitate. peccati non ita christus. non plus potest inuiare quam legalis sacerdos. qui circumdatus est infirmitate. Et propterea. scilicet quia infirmus est ut alii quemadmodum. id est qua necessitate pro populo debet offerre. ita id est eadem necessitate et pro semetipso simul aliis debet offerre et que sit illa necessitas aperit subdens. scilicet pro peccatis suis et aliorum. quia non solum debet offerre ut christus ueniens. sed ut ipse et alii peccatores expientur. hic non conuenit christo. christus enim non pro suis membris obtulit. Nec quisquam. quia propter hoc tantum potest ille pontifex predictus. sic et christus. quia quisquam non sumit sibi honorem non sibi ipsi uitando sit. sed deo qui uocat. sed ille recte fit pontifex qui uocatur a deo. id est qui recte eligitur a deo uocatus. tamquam aaron. qui iudicio uirge in incendio ceterorum electus est et monstratum placere deo. In his uero peccant cupidi qui non uocantur. sed ingerunt se. ita et christus hoc non clarificauit per suas uirtutes semetipsum. ut sibi sumeret. id est sibi attribueret non clarificauit dico ita ut pontifex fieret. sicut ipse ait. Ego non clarifico me ipsum. sed ille clarificauit eum in baptismo et pontificem constituit qui alibi locutus est ad eum. dicens in psalmo. filius meus es tu. quod idem dictum erat ei in baptismo et in transfiguratione et addit. Ego hodie genui te. in consubstantialem. quod id est cum patre in substantia. Clarificatus est et filius a patre cum dixit. hic est filius meus dilectus. in quo mihi bene conplacui. que clarificatio longe ante per prophetam predicta est in psalmo ubi ait. filius meus es tu. ego hodie genui te. per quod uidetur dignus esse christus. in quo psalmo ostenditur rex et sacerdos. Quemadmodum. quod sic illis locutus est pater de generosa christi natiuitate quemadmodum et in alio loco de pontificatu eius dicit pater deus. Tu tam dignus es sacerdos. scilicet docens et orans et offerens. et hoc in eternum. non ad tempus ut aaron. et hoc secundum ordinem. id est secundum dignitatem et ritum ordinis. id est sacerdotii melchisedech. qui non temporalis fuit sed perpetua subuicente

et sacrificia pro peccatis
Qui condolere possit his
qui ignorant et errant. quoniam
et ipse circumdatus est infir
mitate. Et propterea debet
quemadmodum pro populo ita et pro
semet ipso offerre ho
stiam pro peccatis. Nec quisquam
sumit sibi honorem. sed qui uo
catur a deo tamquam aaron. Sic
et christus non semet ipsum cla
rificauit ut pontifex fi
eret. sed qui locutus est ad eum.
filius meus es tu. ego hodi
e genui te. Quemadmodum
et in alio loco dicit. Tu
es sacerdos in eternum secundum
ordinem melchisedech. Qui in diebus car
nis sue preces supplicationesque ad eum qui pos
sit saluum illum a morte facere. cum clamore ua
lido et lacrimis offerens exauditus est pro sua reue
rentia. Et quidem cum esset filius dei. didicit ex his
que passus est obedientiam. Et
consummatus factus est omnibus ob

unitum. et sine initio et sine fine uite eius. in figura christi. qui caret initio et fine. et sicut ille obtulit in pane et uino et semel. sic et christus sub specie panis et uini corpus et sanguinem suum discipulis tradidit. Sacerdos autem christus est non secundum id quod natus est de patre. deus apud deum. coeternus gignenti. sed propter carnem assumptam. propter uictimam quam pro nobis obtulit. id est quam consecrauit. Quod ergo pontifex. Subdit. Ecce. Qui christus in diebus carnis. id est sue mortalitatis obtulit preces supplicationesque ad eum. scilicet deum. qui possit saluum facere illum. quod precabatur a morte. id est eum resuscitare. et quod hoc tempore mortalitatis fecit. quod ergo pro faciet. et multo magis autem has preces et supplicationes obtulit christus imminente passione quando orauit prolixius et totum fecit pro nobis non pro se. quia non timore mortis necessario. sed causa salutis nostre orauit. obtulit preces dico cum clamore ualido. id est cum intentione efficacissima. ut quando prolixius orabat et lacrimis. hoc non in euangelio legitur. credendum tamen esse secundum iusta offerens. exauditus est. id est quia quod consummauit accepit in resurrectione et ascensione. et hoc pro sua reuerentia. id est sicut sua religio meruit. quia apostolus omnibus dominum reuerituros esse. hic ideo dicit ut certi simus nos consecuturos uitam per eum. Preterea patet quia per eum possumus consequi uitam et iam sit ad dexteram patris. Vel preces et supplicationes christi dicit actionem uitam christi. cum omnis actio fidelium est instinctu et ad deum oratio. Secundum quod et ergo christus preces supplicationesque fuerunt pro hominibus sanguinis effusio. clamor fuit ualidus. in quo auditus est pro reuerentia eius passionis. Reuerentia eius est quia sine peccato passus est pro sola caritate. Preterea hoc ergo illum curam de nobis habere asserit et excellentiam caritatis eius ostendens. Et quidem quod. id est quia et cum. id est quamuis esset filius dei. nata diuinitatis unus deus est cum patre. tamen secundum quod homo didicit. id est expertus est. obedientiam ex eis. id est per ea que passus est. Vel didicit. id est uoluntarie suscepit. obedientiam ex his. id est in his que passus est usque ad mortem. quia non solum preces et supplicationes obtulit sed et obediuit patri usque ad mortem. et quia obediuit exauditus est. quod notat subdens. et consummatus est. id est ad perfectionem ductus. quando in dextera dei collocatus est. et ipse qui consummatus per obedientiam passionis factus est.

Aug. in psalmo cviii.

Crisost.

Ambr.

Crisost.

Ambr.

Et enim nobis nunciatum quemadmodum et illis. Sed non profuit illis sermo auditus non admixtus fidei ex his quae audierunt. Ingredimur enim in requiem qui credidimus quemadmodum dixit sicut iuravi in ira mea si introibunt in requiem meam. Et quidem operibus ab institutione mundi perfectis dixit enim quodam loco de die septima et requievit deus die septima ab operibus suis. Et in isto rursum si introibunt in requiem meam. Quoniam ergo superest quosdam introire in illam et hi quibus prioribus annunciatum est non introierunt propter incredulitatem, iterum terminat diem quendam in david dicendo post tantum temporis sicut supradictum est hodie si vocem eius audieritis nolite obdurare corda vestra.

quia super fidem humanitatis eius fundata est. Et bene ipse est caput et principium, id est rectorum fundamentum, quia ipse est primogenitus ex mortuis, primus mortuorum ad immortalitatem resurgens. Sicut enim natus est ante omnia de deo, ut omnia crearet, sic etiam de virgine natus homo primus resurrexit, ut quos creaverat restauraret. Ut semper sit primus et princeps tantum sensibus. Vel per hoc sit ipse in omnibus tam prioribus quam sequentibus tenens primatum, id est dominium, quia potest alios suscitare. Et bene primatum habet, non solum quia primogenitus est, sed etiam quia complacuit trinitati omnem plenitudinem habitare, id est ipse et per ipsum omnia, id est placuit trinitati quod in ipso omnis plenitudo scientie et virtutum non tantum esset, sed habitaret, et reconciliaret deo omnia, id est mundos in gratia. Attende quod plenitudo recte dicitur in ipso esse et manere, quia omnia sunt per se, ut nichil exceptum sit, quia preter eum non possit prestari [illegible]. Sicut pater habet vitam in semetipso, sic dedit et filio vitam habere in semetipso. Sicut enim pater suscitat mortuos et vivificat, sic et filius quos vult vivificat; et sic ostenditur perfecte deus esse. Omnia dico concordantia in ipsum, que est terminus [illegible], id est [illegible]. Vel reconciliari in ipso: oblato deo placuit per ipsum reconciliare omnia. Et ipse est pacificans, id est pacificavit, non gentes, non per aliam hostiam, sed per sanguinem crucis eius, id est per mortem crucis que est [illegible] mors. Pacificans dico sive que in celis sive que in terris sunt, id est celestia et terrestria, quia pateret homini introitus in celum. Vel que in celis sunt, id est sanctos qui iam sunt in celo, et que in terris, id est sanctos qui adhuc in ista vita sunt, et non specialiter loquitur. Et vos, o colosenses, pacificavit et reconciliavit deo, cum essetis aliquando alienati a deo, id est nichil est deo habentes, et inimici [illegible] sensu, quia putabatis bene agere. Vel secundum aliam litteram potest legi, quod idem valet: cum essetis alieni et inimici sensus, id est consilii eius, quia non recepistis que per Moysen mandavit deus. Devoti ydolis sensus. Vos dico degentes actu in operibus malis. Nunc autem, qui tales aliquando eratis, nunc autem, id est in hoc tempore gratie, non malo [illegible], reconciliavit vos remissione peccatorum in corpore carnis, id est fragilitatis eius, id est in corpore suo passibili et mortali, et hoc per mortem eius. Reconciliavit dico exhibere vos, id est ad hoc ut tandem exhibeat, id est representet vos sanctos virtutibus et immaculatos a peccatis et [illegible] adeo quod irreprehensibiles, quia tunc nichil mali erit in vobis. Irreprehensibiles dico coram ipso, qui omnia videt. Vel representet coram ipso, quia tunc ei presentes eritis videntes eum sicuti est, facie ad faciem. De quo dubitandum non est, si enim mortalis et mortuus potuit reconciliare, iam immortalis potest omnia facere. Si tamen et cetera. Hic monet ut in fide Christi ipse viveret spe. [illegible] et cetera [illegible] dixerat de Christo, ut ponant spem in eo solo, in quo omnia bona sunt, non alicui elementorum vel angelorum se subiciendos putent. Hic enim solus colendus est, et ad hunc non estimandum est quisquam, quia exhibebit vos dico tamen hac conditione: si permanetis in fide fundati, id est firmi, non fluctuantes, et stabiles, ut per vos non [illegible] et immobiles, alio impellente, a spe evangelii [illegible] estis stabiles in spe premii et ab ea immobiles [illegible] minus in evangelio, si hoc feceritis exhibebit [illegible] aliter non. Non prodest eis Christus. Quod evangelium tenere debentis, quia audistis, id est intellexistis, et per eius est verum, quod dicitur [illegible] non agnoscere, quia per [illegible] et cetera. Quod evangelium predicatum est et manet in universa creatura que sub celo est, id est in universis hominibus, qui sunt nova creatura, quia Christi sunt [illegible]. Vel ita predicatum in universa creatura, nova scilicet non in veteri, tamen nova creatura, non est sub celo, adhuc peregrina, sed tandem perveniet ad gloriam. Cuius evangelii predicator ego Paulus factus sum minister, et ita potestis scire quia verum est quod nunc ephesi positus in carcere pro evangelio, qui nunc gaudeo in passionibus, quia multi credentes proficiunt, que sustineo pro vobis confirmandis in veritate evangelii, et adimpleo ea que desunt passionum Christi, que desunt passionibus Christi, scilicet ut sue passiones [illegible] esse Christi, quia nostre passiones que sunt membrorum Christi [illegible] una persona est caput et corpus, id est salvator cum salvandis. Sic igitur in membris Christus est, quicquid patitur [illegible], quod non sunt in membris Christi, desunt passionibus Christi, ideo adimpleo, desunt in futuro implens tamen super fundamentum [illegible] ex passionibus tamen [illegible] erunt. Immo [illegible] passio Christi quam passus est in capite nostro, et patitur in membris [illegible] communem hanc, quam rem publicam nostram, quisque per modulo suo exsolvit quod debet, et pro possessione virium [illegible] quam canonem passionum inferimus. Paritoria plenaria passionum omnium non erit nisi cum seculum finitum erit. Vel ea passionum Christi, id est que Christus sustinuit, vel que nunc sustinet [illegible], que adhuc desunt impleo, id est patior [illegible] tamen [illegible] in carne mea, vel desunt in carne mea [illegible] sed in carne mea [illegible] pacior pro corpore eius, scilicet pro ecclesia, quia de alio corpore dico, non de illo, quod est ecclesia. Cuius corporis ego factus sum minister, ut ei ministrem spiritualia. Minister dico secundum dispensationem dei, que data est mihi in vos, id est fortius sum minister, ut ei dominum dispensare actu per [illegible] apostolatus in credenti a deo in vobis. Vel ita: cuius evangelii ego factus sum minister secundum dispensationem dei, id est secundum gratiam apostolatus mihi a deo dispensatione legitur [illegible] satis, que data est mihi in vos, [illegible] et cetera, quia a vobis discipulis predicatum est vobis, quia [illegible] si a me ipso, contra ministrum evangelii [illegible] gratias a deo per Christum scienti se esse dicere. Ad quod autem ostendis [illegible]

primogenitus ex mortuis, ut sit in omnibus ipse primatum tenens. Quia in ipso complacuit omnem plenitudinem divinitatis habitare, et per eum reconciliari omnia in ipsum pacificans per sanguinem crucis eius, sive que in terris sive que in celis sunt. Et vos cum essetis aliquando alienati et inimici sensu in operibus malis, nunc autem reconciliavit in corpore carnis eius per mortem, exhibere vos sanctos et immaculatos et irreprehensibiles coram ipso, si tamen permanetis in fide fundati et stabiles et immobiles a spe evangelii quod audistis, quod predicatum est in universa creatura que sub celo est. Cuius factus ego Paulus minister, qui nunc gaudeo in passionibus pro vobis, et adimpleo ea que desunt passionum Christi in carne mea pro corpore eius, quod est ecclesia. Cuius factus sum ego minister secundum dispensationem dei, que data est mihi in vos

ut impleam verbum dei,
misterium quod absconditum
fuit a seculis et generationibus;
nunc autem manifestatum est
sanctis eius quibus voluit deus no
tas facere divitias glorie sa
cramenti huius in gentibus quod est
Christus in vobis spes glorie. Quem
nos annuntiamus corri
pientes omnem hominem et
docentes in omni sapientia ut
exhibeamus omnem hominem
perfectum in Christo Iesu. In quo
et laboro certando secundum
operationem eius quam operatur in
me in virtute. Volo enim
vos scire qualem sollicitu
dinem habeam pro vobis et pro his
qui sunt Laodicie et quicumque non
viderunt faciem meam in car
ne, ut consolentur corda ip
sorum instructi in caritate
et in omnes divitias plenitu
dinis intellectus in agnitionem

misterium a deo ceptum per idoneum servum imple
am quod ignotum a seculis fuit, scilicet misterium nativitatis
ex deo et nativitatis ex Maria et salvationis gentium
nunc vero cum opus Christi in subditis ut impleam, quod datum est in dei
spe sancto. Ad hoc ut impleam, implere ostendam verbum
id est dispositionem et ordinationem dei, id est quod deus preordina
vit de nobis gentibus. Vel scilicet per Christi incarnationem salva
re hominem ne viderent salus non esse promissa gentibus. Quod
verbum est misterium id est occultum quia si erat notum, in prin
cipio erat verbum, intellectum erat lectum verbum caro factum
est nec quod ad sacramentum incarnationis pertinet. Unde abs
condisti hec a sapientibus et revelasti ea parvulis.
Augustinus in platonicorum libris ex greca lingua in latinam
conversos inveni, ubi legi non quod his verbis sed hoc quod omnino
multis multiplicibus suaderi rationibus quod in principio
erat verbum et verbum erat apud deum, sed quod verbum caro factum est non
legi. Indagavi quippe in libris varie dictum quod si
tus sit in forma patris, sed quod se exinanivit non habe
nt libri isti. Illud verbum dicitur misterium id est oc
cultum quod verbum a deo fuit occultum quod absconditum fu
it a seculis id est a principio seculorum et absconditum fuit generatio
nibus omnibus nec eundem patri tamen non enim per spiritum sanctum
revelatum. Nunc autem id est in tempore gratie manifestum est non
omnibus sed sanctis eius humilitate parvulis non his omnibus
plene innotuit, sed his tamen quibus voluit deus ex so
la gratia notas facere divitias glorie sacramenti huius id est copiosam gloriam
vel dignum sacramentum in quo sunt multa scilicet fides, remissi
o, iustitia, dona spiritus sancti, futura beatitudo. Non dico divi
tias sacramenti dico existentis in gentibus quod sacramentum
est Christus in vobis gentibus, id est illud sacramentum est Christi incarnatio
per quam salvantur gentes. Ita est in vobis ut sit spes glorie id est
non speratis gloriam sine lege. Quem id est qualem Christum in nos
apostoli annuntiamus scilicet quod sine lege salvat gentes, nos dico
corripientes id est arguentes non solum vos sed omnem ho
minem qui deviat a veritate quam novit et docentes omnem
hominem scilicet eos qui ignorant veritatem. Vel contradicentes corripi
mus iniquitatem et obedientes docemus. Docentes dico
in omni sapientia non scientia carnali vel philosophorum sed docemus in omni sapi
entia. Sapientia est in disciplina divina scilicet est Christum agnoscere.
Quod apostolus magna est diligentia agere testatur ut eru
diens omnem hominem in hac sapientia consummatum exhi
beat eum deo in ministerium subditis, ut exhibeamus id est offeramus
deo in sacrificium omnem hominem tam iudeum quam gentilem perfectum
non in lege sed in Christo Iesu id est in munditia mistica Christi in quo
et in quo re scilicet ut omnes sint perfecti in Christo et laboro cer
tando contra rebelles secundum operationem eius quam operatur in me in vir
tute miraculorum id est certo quod perfidos admirantibus me

signis virtutum per que vita infidelium convincitur. Vel in quo
verbo Christi et dicit laborem tamen credat quod discat labori meo adiun
git deus miracula ad confirmationem. Volo enim quod ideo hec
de me refero vobis quia volo vos scire qualem sollicitudinem habeam pro vobis
ut ea intellecta communis in Christo perfecti sitis. Vnde autem pro vobis
et non minus pro his qui non vidit sollicitus erat quoniam pro his
quibus presens predicavit non minori affectu diligebat e
os qui non viderunt quam ceteros apud quos erat. Non solum pro vobis
sed et pro his qui sunt Laodicie quia ibi a pseudo apostolis preventi
erant et pro his ad iacentibus vobis quicumque non viderunt faciem meam in car
ne sed famam audierunt, et ad hoc intendo ut ipsi vobiscum conso
lentur corda ipsorum id est consolentur corda sua ipsi dico instructi
in caritate, quam deus ad nos habuit quia pro nobis filium tradidit.
Hec si quis attendit potest se in hac miseria consolari quia
in propter calorem superbia per humilitatem ad patriam pos
se redire. Unde et viciorum namque omnium causa superbia est. Ad hanc e
vincendam atque auferendam tanta medicina celitus venit
ad elatum hominem per superbiam deus humilis descendit per nimiam
claritatem gratie manifestam quam commendans in ipso homine quem in
ter participibus suis caritate suscepit, neque enim ipse ita
verbo dei coniectus in ipsa coniectione unus filius dei et idem ipse unus
filius hominis fieret precedentibus sue voluntatis meritis. Sed
unum enim illum esse oportebat. Essent autem plures si hoc fi
eri posset non per dei proprium donum sed per hominis liberum arbitrium. Hec igitur
precipue ad humilitatem nobis commendatur. Sequitur et instru
cti in agnitione dei, instructi dico per tendendo in
omnes divitias plenitudinis intellectus id est in omnes copias intellectus plenitudinis
ut perfecte de divinis et humanis intellectum habeant, ut
de anima et superius spiritibus aliis et ad cognitionem dei ne
mo ascendit. Ideo dicit divitias ut de omnibus habeant intellectum
et addit plenitudinis ut de omnibus plene intellectum habeant
dico instructi in agnitione dei non dico quantum ad opera
sed in agnitione misterii dei ut sciatis scilicet quod est secretum et a
paucis cognitum de essentia dei. Dei dico patris Christi Iesu
ut sciatis scilicet quod alia persona est pater a filio quamvis unus
non sit in substantia et illo ad quam cognitionem si tenditis ad
Christum tamen recurrite quia ipse est in quo sunt omnes thesauri id est omnes co
pie sapientie de divinis et scientie de humanis sed absconditi
vero ne inveniuntur sine Christo estis et eius non invenistis
quia non omnibus patent non his qui petunt et pulsant et aliis non
tantum, ita per legem illi consolantur corda sua dico
instructi in caritate in omni dei. Alia littera plenitudinis intellectus ad
quod ad cognoscendum misterium dei quod est Christus. Alia littera id est verbum
caro factum per quod humiliatum superbi redimuntur et lego
verbum caro factum est in verbo intelligo verum dei filium, in
carne agnosco verum hominis filium utrumque simul in unam
personam dei et hominis ineffabili gratie largitate coniunctum

do · i pat̃ dñi nr̃i ihu x̃ sẽp p uob orantes · audientes fidẽ urã i x̃ ihu i dilectionẽ q̃ habetis in scõs õs · pp spẽ q̃ repo sita ẽ uob in cel · q̃ audistis i ubo ũitatis euũn gł̃ij q̃ puenit ad uos · sic̃ i uniuso mũdo ẽ · i fructificat · i cescit · sic̃ i uob ex ea q̃ die audistis · i cognouistis grãm dĩ · i ũitate sic̃ didicistis ab epafra carissimo i conseruo nr̃o q̃ ẽ fidel p uob minist̃ x̃ ihu q̃ i manifestauĩ nob dilectionẽ urã i spũ. Ideo i nos ex q̃ die audiuim̃ ñ cessam̃ p uob orãtes i postulãtes ũ ĩplea mini agnitõe uolũtatis ei i oĩ sapia i ĩtellũ spũali. ũ ãbuletis digne dõ · p oĩa placẽtes i oĩ ope bono fructificãtes i cescentes i scĩa dĩ · i oĩ ũtute cõfortati scd̃ potẽciã claritatis ei · i oĩ paciã i lõganimitate c̃ gaudio grãs agẽtes dõ pat̃ · q̃ dignos uos fec̃ i pte sortis scõr

p quẽ uob oĩa bona pstãt · nos dico · sẽp orantes p uob ... audiẽtes ... ostendit ... grãs agit ... audientes fidẽ urãm ... in x̃po ihu ...

ac dim ... ut faciatis ... digne dõ ... ãbuletis p oĩa ... placẽtes dõ ... cresdentes in scĩa dĩ ... fidi sue spẽ ... õi q orant ... nos dico cõfortati ... scd̃ potẽciã ... claritas ... in oĩ pacia ... gaudio grãs ... nos dico grãs agẽtes dõ pat̃ ...

ũ plogẽ cprenda ẽ ... dignat ẽ ad uocare ... sione uidor · dico quod nos fecit dignos · et hoc · non in lege ...

in lumine, id est per eum qui est lumen de lumine. Cuius gratia illuminati, quod lex non potuit unquam prestare. Vel dignos nos fecit ponendo nos in lumine, id est in clara cognitione, a qua quisque de meritis cadit in tenebras. Quia ita dignos nos fecit, quia in baptismo eripuit nos. Filii, id est nos de potestate tenebrarum, id est ignorantie et peccatorum, demonum, que nunc dominabantur nobis. Diabolus et angeli eius captivatam tenebant predestinatos ad dei gloriam. A redemptione autem Christi foras missi, qui dominari infidelibus solebant intrinsecus, fideles oppugnant extrinsecus, sed non expugnant. Et transtulit nos de mundo in regnum filii, id est in eternum regnum filii, de quo ipse dicit: Regnum meum non est de hoc mundo. Iohannes: non est hinc, sed non est hic, quia peregrinatur in hoc mundo; sed non est de mundo regno suo, sicut suis dicit: De mundo non estis, sed ego elegi vos de mundo. Erant de mundo quando ad mundi principem pertinebant. Vel ita: eripuit nos de potestate tenebrarum, id est de inferno, in quo tenebamur a diabolo tamquam ex proprio, quia ex delicto Ade. Et transtulit nos in regnum filii, quia attollens nos de imo tartari induxit in celum, et vero filio suo. Iam enim credentes, qui fixa mente devoti sunt, exeuntes de seculo, duce dextera patris ad gloriosum inducti in celum. Filii dico dilectionis sue, quem scilicet diligit. Ita et nos per eum diliget, sine eo odiosi erimus. Attende diligenter quod dicit: caritatis sue filii. Si caritas qua pater diligit filium et filius diligit patrem ineffabiliter communionem demonstrat amborum, quid convenientius quam ut ille proprie dicatur caritas, qui spiritus est communis ambobus? Hoc enim sanius in illa trinitate solus spiritus sanctus caritas, profecto et filius non solus patris, sed etiam spiritus sancti filius invenitur. Hic autem dixit filius suus, quod si diceretur verissime diceretur. Sed autem filii caritatis sue filius quia et spiritus sancti. Sin non est in illa trinitate caritas dei nisi spiritus sanctus, quod cum sit absurdissimum, restat ut non solus ibi sit caritas spiritus sanctus, sed proprie illa de quibus satis disserui, proprie sic vocetur. Quod ergo dictum est filii caritatis sue, nichil aliud intelligatur quam filii sui dilecti, quam filii substantie sue. Karitas enim patris ei natura atque substantia est, ut sepe diximus. Non filius caritatis eius nullus est alius quam qui de substantia eius est genitus. In quo habemus, id est qui transtulit nos in regnum filii per quem redemit nos, et hoc est quod ait: in quo filio nos iudei habemus redemptionem, alter non venimus in celum. Redemptio est destructa potestate diaboli, facultas libertatis que nobis est data, fuso eius sanguine qui nullum habuit peccatum, ut quos diabolus illos tenebat obnoxios peccati reos, quos reddere mortis obstrinxerat, hos per eum innocens dimitteret, quem nullius peccati reum iniusto pena mortis affecit. Hac iusticia victus et hoc vinculo victus est fortis. Ideo non est opus alius hostie, quia per eum habemus remissionem peccatorum, si peccamus non est opus alius, id est [illegible]. Hic per eum fit, quia ipse est qui est imago dei patris, id est plene similis patri et de patre. Imago enim patris est quia de ipso est, et nichil distat ab ipso. Non ita homo est imago dei. Homo enim est imago dei imitando deum, sed non qualis imago est filius. Aliter enim est imago dei in filio, aliter in homine; sicut aliter est imago regis in nummo, aliter in filio. Nos sumus nummi in quibus

in lumine. Qui eripuit nos de potestate tenebrarum et transtulit in regnum filii dilectionis sue, in quo habemus redemptionem in remissionem peccatorum. Qui est imago dei invisibilis, primogenitus omnis creature; quia in ipso condita sunt universa in celis et in terra, visibilia et invisibilia, sive throni, sive dominationes, sive principatus, sive potestates. Omnia per ipsum et in ipso creata sunt; et ipse est ante omnes, et omnia in ipso constant. Et ipse est caput corporis ecclesie, qui est principium

imago dei est Christus et est filius qui hoc est quod pater. Nulla imago dei colenda [illegible]. Imago dei invisibilis, id est in se per se invisibilis, non corporea creatura. Unde ipse est primogenitus omnis creature, id est ipse solus et ante omnem creaturam est genitus, alia sunt creata. Ante quam omnia ipse est genitus. Hic ostenditur coeternus patri, qui ante genitus est ante omnem creaturam, quia in ipso, id est per ipsum, universa condita sunt. Ecce hic ostenditur cooperator patris, et ita in illo filio est in nobis pater. Universa dico que sunt in celis et in terra, visibilia, ut sol et luna, et invisibilia, ut angeli, et ait: sive throni, sive dominationes, sive principatus, sive potestates. Que hec altissima per eum facta sunt. Omnia prius per ipsum creata sunt, quia et elementa et omnia in ipso sunt, id est ipso auctore vivunt. Vel ita: omnia per ipsum creata sunt et ita per ipsum, quia ante erat; itaque in ipso vel ita per ipsum omnia creata sunt, et omnia in ipso sunt, id est eum non excedunt, quia immensus est. Nec extra substantiam eius esse non possunt, et ipse non in eternitate et potentia, sed in dignitate est ante omnes. Nullus est ei equalis in secula, quia homo est, et sicut omnia creavit ita in ipso constant omnia, qui in omnibus secundum divinitatem infusus omnia sustinet et regit, ne tabescant. Ipse secundum hominis naturam est caput corporis sui, scilicet ecclesie, que unita est Christo gratia et natura, ut capiti. Unde dicitur caput corporis, id est ecclesie, quia ita se habet ad ecclesiam sicut caput ad corpus; preminet enim ecclesie et regit eam, et in ipso sunt omnes spirituales sensus ecclesie, ut in capite omnes sensus corporis. Sicut enim anima totum corpus nostrum animat et vivificat, sed in capite omnibus sensibus viget, ideo quia capiti cuncta subiecta sunt ad operandum; illud autem superpositum locatum est ad consulendum, quia ipsius anime que consulit corpori quandam personam gerit caput, ibi enim omnes sensus apparent. Sic in universo populo omnium sanctorum tamquam uni corpori caput est homo Christus, quos omnes ab Abel usque ad ultimum iustum sapientia dei illuminat, qua plenus fuit in Christo. Aliter enim ceteri homines sapientes sunt, aliter homo Christus, qui ipsius sapientie per quam fiunt sapientes, quoque homines non solum beneficium habet, sed in persona gerit [illegible] ipsius. Igitur plenum, et ideo omnium qui de plenitudine eius acceperunt caput est, ex quo apparet quod sapientia dei, id est verbum, non sic assumpsit illum hominem ut ceteros, sed multo excellentius multoque sublimius, quomodo ipsum solum assumi oportuit, in quo sapientia hominibus appareret sicut eis visibiliter decebat ostendi. Decentius enim sapientibus recte dici potest quod habeant in se verbum dei, per quod facta sunt omnia, sed de nullo eorum recte dici potest: verbum caro factum est. Homo quem excellentius assumpsit, qui personam sapientie dei gerit, ut caput in quo sunt omnes sensus personam anime que totum corpus vivificat. Sed est ecclesia ab Abel cepit, quorum homo Christus caput est, eorum qui iusti fuerunt. Unde quia ipse est, qui est principium ecclesie secundum divinitatem, id est fundamentum ecclesie, quia omnes iustos qui ab Abel usque ad ultimum iustum generantur, virtute divinitatis tue sue dono illuminavit. Secundum humanitatem etiam potest dici principium ecclesie.

Aug. in libro de agone christiano.

quecumque iusta quecumque sancta quecumque amabilia quecumque bone fame si qua virtus si qua laus discipline hec cogitate. que et didicistis et accepistis et audistis et vidistis in me. Hec agite et deus pacis erit vobiscum. Gavisus sum autem in domino vehementer quoniam tandem aliquando refloruistis pro me sentire sicut et sentiebatis. occupati autem eratis. Non quasi propter penuriam dico. Ego enim didici in quibus sum sufficiens esse. Scio et humiliari scio et habundare. Ubique et in omnibus institutus sum et saciari et esurire et habundare et penuriam pati. Omnia possum in eo qui me confortat. Verumtamen bene fecistis communicantes tribulationi mee. Scitis autem et vos philippenses quod in principio evangelii quando profectus sum a macedonia nulla mihi ecclesia communicavit in ratione dati et accepti nisi vos soli. quia et thessalonicam semel et bis in usum mihi misistis. Non quia quero datum

138

passer. Non quia quero datum sed fructum donationis habundantem in ratione vestra. ... habeo autem omnia et habundo. Non quia quero datum sed tamen habeo omnia que misistis et habundo ... Repletus sum acceptis ab epafrodito ... hostiam acceptam placentem deo ... Deus autem meus impleat omne desiderium ... [illegible]

sed requiro fructum habundantem in ratione vestra. Habeo autem omnia et habundo. Repletus sum acceptis ab epafrodito que misistis odorem suavitatis hostiam acceptam placentem deo. Deus autem meus impleat omne desiderium vestrum secundum divitias suas in gloria in Christo Jesu. Deo autem et patri nostro gloria in secula seculorum amen. Salutate omnes sanctos in Christo Jesu. Salutant vos qui mecum sunt fratres. Salutant vos omnes sancti maxime autem qui de cesaris domo sunt. Gratia domini nostri Jesu Christi cum spiritu vestro amen.

[illegible]



Paulus apostolus hanc epistolam scribit colosensibus.

Colosenses autem sunt asiani quibus non ipse apostolus predicavit ... [illegible]

Paulus apostolus Christi Jesu per voluntatem dei et timotheus frater. His qui sunt colosis sanctis et fidelibus fratribus in Christo Jesu gratia vobis et pax a deo patre nostro et domino Jesu Christo. Gratias agimus

[illegible]

Aug'

facere. si humiliter sapientis. et de vobis senseritis. Aug. q. in pace catholica manet. et si quid aliter sap. q. oporter deus humili revelabit. si autem illud superbe defend. et pertinaciter astruunt a pace ecclesie deus abicit. quia superbis resistit deus humilibus dat gratiam. Verumtamen. q. in ipsa scientia nostra aliter sapimus. sed tamen necesse est. ut vel de illo idem sapiamus credendo ad quod pervenimus fide. et scientia et opere compleamus. unde subdit. Ut in eadem regula. i. doctrine unitate dirigendi permaneamus. et sic revelabit deus quod aliter sapimus. Vel ita ab illo loco. et si quid. q. ita sentite ut dixi. et si quid aliter sapitis. i. si quid melius ad cultum dei excogitaveritis. et hoc donum dei esse sciatis. quia hoc revelavit deus vobis. sed neque presumptio vos corrumpat. subdit. Verumtamen. q. et si aliter sapitis verum. teneamus id ad quod pervenimus. ut scilicet id sapiamus. et in eadem regula fidei et doctrine unitate permaneamus. hec est nexus regulam discipline sapere sed quod esse sit et modestum et evangelica unitate. et humilis. scilicet sit de eadem regula vivendi. Estote imitatores mei o fratres in fide et dilectione. ut sic ego credo. opere doceo. ita et vos faciatis. et si me presentem non habetis. observate. i. diligenter inspicite. et imitamini eos qui ita ambulant sicut habetis formam nostram. i. imaginem vite nostre. qui ita credunt. vivunt. et docent. sicut ego. i. non falsos imitamini. Vult illos esse sollicitos ne pravorum hominum subtilitate capiantur. et notent quemque qualiter conversetur. et doceat. ut his iungantur in quibus sensum magistri sui agnoverint. Multi enim et cetera. q. bene dico. ut eos observetis qui ita ambulant. quia multi enim sunt qui aliter ambulant. non sentientes nobiscum de legis abolitione. sed legem cum evangelio tenendam esse predicantes. quos sepe. dum presens eram apud vos. dicebam vobis esse inimicos crucis Christi. nunc autem id dico et flens. tum pro illorum perditione. tum pro simplicium subversione. Illos inimicos crucis dicit. quia qui carnales observantias inducunt crucem superfluam asserunt. quorum finis est eternus interitus. i. in fine eorum erit eis eterna pena. quorum deus est et ipse venter eorum quia quicquid faciunt. pro ventre faciunt. q. ipsi in ventre colentes. hoc enim ab homine colitur quod pre ceteris diligitur. Unde quia deus maior est in omnibus rebus et melior plus omnibus diligendus est et colatur. Illi autem deum ventrem faciunt. qui ita laborant de edendis. quasi in esca eis sit salus. Vel venter deus sit. et gloria illa littera est impudentis ipsorum. i. ubi gloriantur in pudendis circumcisis qui tales sapiunt terrena. hoc est terrena sapere scilicet in talibus gloriari. qui autem spiritualia sapit in fide et spe et caritate gloriatur. Vel ita. quorum deus venter est. i. escas que ut sic faciunt deum. dum eas sanctificare homines dicunt. et gloria eorum est in confusione ipsorum. i. in talibus unde confundi et erubescere possunt. dum per talia se sanctificari credunt. Vel

Verumtamen ad quod pervenimus ut idem sapiamus et in eadem permaneamus regula. Imitatores mei estote fratres et observate eos qui ita ambulant sicut habetis formam nostram. Multi enim ambulant quos sepe dicebam vobis nunc autem et flens dico inimicos crucis Christi. quorum finis interitus. quorum deus venter est. et gloria in confusione ipsorum qui terrena sapiunt. Nostra autem conversatio in celis est. Unde etiam salvatorem expectamus dominum nostrum Ihesum Christum qui reformabit corpus humilitatis nostre configuratum corpori claritatis sue secundum operationem qua possit etiam subicere sibi omnia. Itaque fratres mei karissimi et desideratissimi mei gaudium et corona mea sic state in domino karissimi. Euchodiam rogo et Sinthicen deprecor id ipsum sapere in domino. Etiam rogo et te germane compar adiuva illas que mecum laboraverunt in evangelio

gloria eorum temporalis est in confusione ipsorum. i. perducet eos ad confusionem eternam qui terrena sapiunt. quia interius nichil quod videri intellexerint. legalia non spiritualiter sed carnaliter intelligentes. Nostra autem conversatio. q. illi prave ambulant sed nostra conversatio et si adhuc simus in terra. est in celis. ubi spes nostra. i. in intuendo et intelligendo simus similes angelis. propter quod preter commoda que iam habemus. et deum expectamus. sicut q. subdit. Unde et. i. de celis etiam salvatorem ... quamquam corpore non expectamus venturum qui est venire reformabit. q. hoc de eo expectamus quod sicut iam reformavit animam ita reformabit corpus humilitatis. i. ad techonem quod per mortem in pulverem redigitur. et humilis reformabit dico. ita quod erit configuratum corpori claritatis sue. i. assimilabitur corpori ipsius in claritate quam habuit ... in resurrectione. q. utique faciet per. secundum operationem et potentiam operandi qua potest. non solum corpus reformare. sed etiam subicere sibi omnia. i. hoc potest facere secundum potentiam operandi qua sibi subicere omnia. et qua reformabit corpus nostrum. Itaque fratres mei karissimi. et desideratissimi. i. quos videre nimium desidero. Vel desideratissimi. i. qui me videre valde desideratis. qui estis gaudium meum. scilicet de quorum fide et opere gaudeo. et corona in futuro. i. per quos in presenti letificor. et in futuro coronabor. Ubi scripsi vos in agone victoribus digne erit corona magistri. sic state in domino. sic me et mei similes state ... Vel sic estis vos ... Euchodiam rogo. et cetera. q. omnes moneo. sed specialiter Euchodiam ... quia plus de ea timeo sapere id ipsum. q. dico ... quia illud quod dico est in domino. i. secundum deum. habuit etiam spiritualiter mulieres rogare. quia hee religiose predicantes suscipere solebant. et o germane compar nomine qui est compar. i. coadiutor meus in evangelio predicando. et te rogo adiuva confortando illas per ... ne deficiant que mecum laboraverunt ... ministrando necessaria. et cum Clemente et coadiutoribus meis laboraverunt ... studio et eis necessaria. quorum nomina ...

cū clemēte

id est premia eterne vite venient sicut scripta in libro vite, id est in predestinatione dei, quia et discreta sunt nomina, diversas mansiones habebunt in eterna domo pro diversitate meritorum. Unde: in domo patris mei mansiones multe sunt. Liber vite est predestinatio dei in qua omnes salvandi prescripti sunt. Et est sensus: Nolite o philippenses contristari vel querere quod eos in epistola mea sigillatim non nominavi, quia si ita non estis scripti in libro vite continemini.

Gaudete in domino semper. Letari in fide et in operibus eorum apostolus alacriores fieri optat eos in hoc studio proficientes gaudere in domino semper, et ideo iterum dicit ut se in eis ita affectione gaudere ostendat, quia nomina eorum sunt in libro vite, et ut id esse nobis certissime credatur. Gaudete non ad horam sed semper, non in hoc seculo sed in domino, id est omne bonum in quo gaudendum est statuite in domino non extra. Sicut enim homo non potest duobus dominis servire, sic nemo potest in seculo gaudere et in domino. Amici enim huius mundi inimici dei reputabuntur. Contraria sunt, si hec duo genera differentia gaudiorum, sicut que omnino contraria non simul in eodem possunt esse. Vincat ergo gaudium in domino donec finiatur gaudium in seculo. Illud semper augeatur, hoc semper minuatur donec finiatur, quod est seculi gaudium. Breviter dico: Seculi leticia est impunita nequitia, scilicet luxuriari, in spectaculis nugari, ebrietate ingurgitari, turpitudine fedari, nichil pati. Ecce gaudium seculi. Hoc non facere, non castigari fame vel belli timore vel morbo vel aliqua adversitate, sed omnia cum habundantia, in pace carnis, in securitate mentis male agere: ecce gaudium seculi. Quoniam magne ergo misericordie est nequitiam impunitam non relinquere, ne gaudium sit in seculo, ne cogatur in extremis gehennam dampnare, in flagello dignatur castigare. Bonum est nobis ut subveniat castigando. Gaudete ergo in domino, non in seculo, id est in veritate non in iniquitate, in spe eternitatis non in flore vanitatis. Et hoc adeo nobis est necessarium, quia mundi eo gaudium in domino non nisi quedam alia sequuntur, ideo hec subiungit, quia hec est modestia. Vel ita: modestia, id est in domino sit omne gaudium vestrum, ita modestia sit vestra, id est per vos sit nota omnibus hominibus, ut per vos alii discant hoc. Vel ita: Gaudete dico. Modestia morum, id est rationabilis conversatio sit nota omnibus hominibus, scilicet fidelibus et infidelibus: fidelibus ut imitentur, infidelibus ne possint reprehendere et aliqui convertantur exemplo eorum. Vel et alios acquiri. Unde: Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra, non docetur quam imitentur bona illorum. Ideo debetis facere, quia modicum quia dominus prope est, id est paratus dare quecumque opus est in spiritualibus vel temporalibus. Ideo nichil, id est de nulla re, solliciti sitis, id est timidi, id est seposita mundi sollicitudine promissa dei potius habere. Sed in omni oratione et obse-

cum clemente et ceteris adiutoribus meis quorum nomina sunt in libro vite. Gaudete in domino semper iterum dico gaudete. Modestia vestra nota sit omnibus hominibus. Dominus prope est. Nichil solliciti sitis, sed in omni oratione et obsecratione cum gratiarum actione petitiones vestre innotescant apud deum. Et pax dei que exsuperat omnem sensum custodiat corda vestra et intelligentias vestras in Christo Iesu. De cetero fratres quecumque sunt vera quecumque pudica sancta.

cratione, id est in prece que communiter fit pro quibuslibet bonis, et deprecatione de quibuslibet rebus vel simpliciter. Vel cum adiunctione petitiones vestre de rebus necessariis quas multis impetrare facte est gratiarum actione. Quasi: non ut impetretis; gratias debetis esse de preteritis et illa magis. Petitiones innotescant apud deum, id est ita sint vehementes, non tepide, ut ad deum perveniant et compleantur. Distingue: Oratio et obsecratio communiter fiunt ab aliquibus pro se vel aliis et de quibuslibet rebus. Petitio est de rebus nominatis necessariis. Vel ita: Petitiones vestre innotescant apud deum pro vigilantia, non apud homines pro iactantia. Non enim sic est accipiendum tamquam deo innotescant que eas et ante noverat, sed nobis innotescant apud deum, hoc notum sit assiduitate orationis et vigilantia. Vel innotescant angelis qui sunt apud deum, ut quodam modo eas offerant deo et de hiis consulant, et quod deo iubente implendum esse cognoverint, hoc nobis vel evidenter vel latenter reportent. Unde angelus loquens homini ait: Cum orares, orationem tuam obtuli deo. Ad omnia quippe scienda sufficit deo sua perfectio. Habet tamen nuntios, id est angelos, non qui ei que nesciat annuntient. Non enim sunt ulla que nesciat, sed bonum eorum est de operibus suis eius consulere veritatem. Et hoc est quod dicuntur nunciare, non ut ipse ab eis discat, sed ut ab illo ipsi per verbum eius sine corporali sono nuntient et quod voluerit ab eo missi ad quos voluerit, totum ab illo per illud verbum eius audientes, id est in eius veritate invenientes quid sit faciendum, quid quibus et quando nunciandum sit. Ideo ergo dicitur angelus orationes nostras offerre deo, cum deus etiam noverit quid velimus vel quo indigeamus, quia omnia antequam fiant sicut ipsa que sunt novit. Sed quia necesse habet rationalis creatura obtemperans deo temporales causas ad eternam veritatem referre, sive petendo quod erga se fiat sive consulendo quid faciat, magis contestatur quia non sibi ipsa sit bonum quo beata fiat, sed illud incommutabile est cuius participatione et sapiens efficitur. Et pax dei, quasi: vos moneo ut petatis, id est dominum suum quibus variari labor intervenit, et oro ut prosperitas efficiatur. Et hoc est quod ait: Et pax dei que exsuperat omnem sensum, id est intellectum, scilicet utique nostrum, non eorum qui semper vident faciem patris, id est angelorum. Vel si non ipsos excepisse intelligitur angelos, ita dictum esse accipiendum, quia pacem dei qua ipse deus pacatus est sicut eam deus novit, non nos sic possumus nosse nec ulli angeli. Superat ergo omnem intellectum preter suum. Et est sensus: pax dei que exsuperat omnem sensum, id est deus qui est summa pax, que nec cogitari potest, et ideo extra eum nullo opus est, custodiat corda vestra et intelligentias vestras in Christo Iesu, id est voluntates et intellectus vestros, ita ut extra ipsum nichil intelligatis vel appetatis. Nota quod premisit de assiduitate et vigilantia orationis, et postea subdit de custodia pacis, quia adhibita assiduitate orationis tunc demum pax custodit corda in Christo. Hoc ideo dicit quia qui est deo habet pacem, non timet mundi adversa.

De cetero. Hactenus contra persecutores et contra pseudo predicatores monuit; in conclusione autem que ad perfectionem sunt exponit, quasi: huc usque monui ad tolerantiam et ad cautelam. De cetero autem, o fratres, moneo vos ad hec cogitanda, id est in memoria versate, hec que ad perfectionem pertinent, scilicet quecumque sunt vera, quecumque pudica, id est quecumque ad veram sunt fidem, tum quia in eis est veritas, tum

Aug.

Aug.

Aug.

Amb.

[illegible]

haimo

Aug

Propter quem omnia
detrimentum feci et arbi
tror ut stercora ut Christum lu
crifaciam. Et inveniar
in illo non habens meam iusti
ciam que ex lege est, sed illam
que ex fide est Christi Iesu, que
ex Deo est iusticia in fide
ad cognoscendum illum
et virtutem resurrecti
onis et societatem pas
sionum illius configuratus ei
morti, si quomodo occur
ram ad resurrectionem que
est ex mortuis. Non quod iam
acceperim aut iam perfectus
sim. Sequor autem si comprehen
dam in quo et comprehensus sum
a Christo Iesu.

[illegible]

Fratres. etc. Illud quod dixerat eundum in apprehendere et quod illud sit quod non comprehenderit, sed sequitur ut comprehendat, determinat et qui inmunitatis illis quod dicat est autem non accepi vel iam perfectus sim, ait: Fratres, quod recte dico sequor ut comprehendam, quia ego qui melius me novi quam vos et alii non arbitror me comprehendisse. Et quod alii putent de me, ego non arbitror me quod unum scilicet iusticia quod habeo, unum autem non habeo. Sed unum, una in deo ipso. Unde: Unam petii a domino. Quasi diceret: Quid ergo agis apostole? Nondum comprehendisti, nondum perfectus es. Quid ergo agis? Quid in unitatem proposuisti? Inquit, quod quidem retro sunt. Vel ita non arbitror me, quasi sed distingue: non comprehendi, unum autem de me vobis assero, quod ego obliviscens ea quidem quae retro sunt ad ea vero quae priora sunt me extendens et persequor etc. Vel ita ab illo loco. Fratres, quasi non comprehendi, nunc quia ostendo non arbitror me comprehendisse, sed persequor. Non utique tamen duo, sed unum scilicet summum bonum quod vere est unum, in quo sunt omnia bona. Hoc est illud unum de quo Philippus ait: Domine ostende nobis patrem et sufficit nobis. Persequor dico, quasi sic: Sed unum obliviscens quidem, id est dans oblivioni quae retro sunt, id est terrena quae reliqui, ad ea vero quae sunt priora, id est ad celestia quae tenemus priora sunt extendens me tota intentione et desiderio non habitu rei. Extendebat enim se ad celestia secundum intentionem non secundum perventionem, non secundum apprehensionem. Sic et nos non relabamur amore unde transivimus, non remaneamus in illis, in quibus iam venimus, sed currendo tendamus. Viatores enim sumus, non respiciamus retro, sed in anteriora extendamus intentione et desiderio. Vita enim christiani boni sanctum desiderium est. Quod autem desideras nondum vides, sed desiderando capax efficieris, ut cum venerit quod videas impleberis. Sicut enim si velles implere aliquem sinum et nosti quam magnum quod dabitur extendens sinum vel sacci vel utris vel alicuius rei et extendendo facis capaciorem, sic deus differendo rem extendit desiderium, desiderando extendit animum, extendendo facit capacem. Desideremus ergo quia implendi sumus. Hec est vita nostra ut desiderando exerceamur, tantum autem nos exercet sanctum desiderium, quantum desideria non amputabimus ab amore seculi. Ideo dicit: obliviscens quae retro sunt, id est cuncta temporalia et extendens me ad ea quae sunt priora, appetens eterna. Extensio enim illa est appetitio eternorum. Vel ita: obliviscens quae retro sunt, id est iusticia tamen predicta priora scilicet acta, non quia mala sint, sed comparata sunt ad virtutem collocandus, scilicet ad potiora extensus est, ut semper proficiat in melius. Vel ita subaudi: ad ea quae sunt priora me extendens, id est ad futuram vitam, a qua si cessaret preter preterita. Vel ita: obliviscens quae retro sunt, id est priora mala, ad ea quae sunt priora me extendens, id est ad promissa bona. Preterita enim mala fugi oportet ponere ut mea quae nobis promittuntur teneamus. Non nec ex preterita vita non ex presenti delectari debemus. Revocandus est animus a recordandis quae quadam delectatione preteritis malis etc. quaedam concupiscentia fruendi, ne redeamus corde in Egyptum. Unde ergo preterita mala obliviscens, si te delectaverit aliqua vanitas, non iam te delectet.

Fratres ego me non arbitror comprehendisse. Unum autem quae quidem retro sunt obliviscens, ad ea vero quae sunt priora extendens me ipsum ad destinatum persequor ad bravium superne vocationis dei in Christo Iesu. Quicumque ergo perfecti sumus hoc sentiamus, et si quid aliter sapitis et hoc vobis deus revelabit.

Persequor dico eo usque donec veniam ad destinatum premium, scilicet bravium, id est ad premium quod est in destinatum et promissum a deo, vel ad quod proposuit me currere. Bravium dico superne vocationis dei in Christo Iesu, id est eterne vite ad quam in superius dandam vocat me deus per filium suum Christum, non digna est res et incerta. Quicumque ergo, quasi ego ita curro et ita de me sentio, scilicet quod adhuc imperfectus sum, ergo et vos o Philippenses hoc sentite, sed se eis coniungat dicens: Quicumque ergo sumus perfecti, et sortes et imitatores comparatione aliorum, hoc sentiamus, quod imperfecti sumus comparatione future. Et nota quod ait: quicumque perfecti etc., quasi diceret: non loquor imperfectis quibus adhuc non valeo loqui sapientiam, qui adhuc lacte potantur non solido cibo pascuntur, sed illis dico qui iam videntur esse perfecti, qui manducare solidum cibum, qui intelligunt equalitatem ubi est pater. Sed non sic vident adhuc quomodo videndus est facie ad faciem. Certa enim fides utcumque inchoat cognitionem, cognitio vero imperfecta non perficietur nisi post hanc vitam cum videbimus facie ad faciem. Sic ergo sapiamus ut noverimus tutiorem esse affectum veri querendi quam incognita pro cognitis presumendi. Sic ergo queramus tamquam inventuri et sic inveniamus tamquam quesituri. Decendentis nulla infidelitate dubitemus, de intelligendis nulla temeritate affirmemus. In illis auctoritas tenenda est, in his veritas exquirenda. Et sciendum quod iusticia quae iustis ex fide vivunt nunc vera iusticia est, quamvis non in toto in aliquibus iustis, pro huius vite capacitate perfecta dicitur, tamen est parva ad illam magnam quam capit equalitas angelorum, quam qui nondum habebat et propter illam quae iam inerat perfectum, propter istam quae adhuc deerat imperfectum se esse dicebat. Minor ista iusticia facit meritum, maior illa premium, ideo qui istam non sequitur illam non assequitur. Unde ait: Quicumque perfecti scilicet in perfecte currimus, hoc sentiamus, quod non perfecti sumus, ut illuc perficiamur, quo perfecte adhuc currimus. Non enim cum venerit quod perfectum est destruatur quod ex parte est, id est tamen non ex parte sit, sed ex toto, quia fidei et spei res ipsa quae videtur succedet. Caritas vero quae in his maior est non auferetur, sed augebitur, implebitur, in quadam plenitudine illud preceptum caritatis implebitur. Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo et ex tota anima tua etc. Quia hec est aliquid carnalis concupiscentie, non omnino ex tota anima diligitur deus. Caro tamen non dicitur concupiscere, nisi quia carnaliter anima concupiscit. Tunc non erit iustus sine omni peccato, quia nulla lex erit in membris repugnans legi mentis, sed prorsus toto corde, tota anima, tota mente diliget deum, quod est summum preceptum. Cur ergo non preciperet homini ista perfectio, quamvis eam in hac vita nemo habeat? Non enim recte curritur, si quo currendum est nesciatur. Quomodo autem sciretur, si nullis preceptis ostenderetur? Sequitur: Et si quid, quasi ita sentite sicut dixi, et si hoc feceritis, hoc vobis dabit deus, quod si quid in aliter sapitis quam sapiendum sit, id futuro, quia modo per speculum videtis, et hoc revelabit vobis deus, quia clare faciet cognoscere et se et alia omnia quae obscure modo videtis. Vel ita: quasi ita sentite ut dixi, et si quid aliter sentitis, id est imperfecte de deo et de aliis, et hoc quod modo aliter sapitis et de deo et de omnibus et in hanc imperfectam cognitionem vobis deus per spiritum sanctum revelabit. Vel ita: quasi ita sentite ut dixi, et si quid aliter sapitis quam sapiendum sit, ut parvuli sensu, id est si perfectam cognitionem de Christo vos habere putatis sicut forte sapit vobis quod aliquid magnum sitis, et hoc id est male vos sapere propter vitam futuram vobis revelabit deus, scilicet et de aliis erroribus propter bona vita vos liberabit ut tamen eternum bravium dabit. Sed in quo iam

Aug.

Aug.

[illegible]

Amb.

Amb.

Sed et si immolor supra sacrificium et obsequium fidei vestre gaudeo et congratulor omnibus vobis. Idipsum autem et vos gaudete et congratulamini mihi. Spero autem in domino iesu christo timotheum cito mittere ad vos, ut et ego bono animo sim, cognitis que circa vos sunt. Neminem enim habeo tam unanimem, qui sincera affectione pro vobis sollicitus sit. Omnes enim que sua sunt querunt, non que sunt christi iesu. Experimentum autem eius cognoscite, quia sicut patri filius mecum servivit in evangelio. Hunc igitur spero me mittere ad vos mox ut video que circa me sunt. Confido autem in domino quoniam et ipse veniam ad vos cito. Necessarium autem existimavi epafroditum fratrem et cooperatorem et commilitonem meum, vestrum autem apostolum et ministrum necessitatis mee mittere ad vos. Quoniam quidem omnes vos desiderabat et mestus erat propterea quod audieratis illum infirmatum. Nam et infirmatus est usque ad mortem, sed deus misertus est eius. Non solum autem eius verum etiam et mei, ne tristiciam super tristiciam haberem. Festinantius ergo misi illum, ut viso eo iterum gaudeatis et ego sine tristicia sim. Excipite itaque illum cum omni gaudio in domino, et eiusmodi cum honore habetote, quoniam propter opus christi usque ad mortem accessit tradens animam suam ut impleret id quod

[illegible]

[illegible]

deerat erga meum obsequium. De cetero fratres mei gaudete in domino. Eadem vobis scribere mihi quidem non pigrum, vobis autem necessarium. Videte canes, videte malos operarios, videte concisionem. Nos enim sumus circumcisio, qui spiritu deo servimus, et gloriamur in christo iesu, et non in carne fiduciam habentes, quamquam ego habeam confidentiam et in carne. Si quis autem alius videtur confidere in carne, ego magis: circumcisus octava die, ex genere israel, de tribu beniamin, hebreus ex hebreis, secundum legem phariseus, secundum emulationem persequens ecclesiam dei, secundum iusticiam autem que in lege est conversatus sine querela. Sed que mihi fuerunt lucra, hec arbitratus sum propter christum detrimenta. Verumtamen existimo omnia detrimentum esse propter eminentem scientiam iesu christi domini mei.

[illegible]

Aug' in libro retractationum

aug'

et hoie. Os ergo ipsum fca fe. Unde factu in similitudine hominu fcs e. Videm g Xpm ihu. id in hoie. in fac tore uere. in siclm ineb. uerem hois. id aum hoine Ds X eqlis e patri. tam e quam ille. tal e qual ille. h e q ille. n h e q ille. q ille pat. is fili. s h e q ille. q il le ds. ille. ille oipse. ille. ille immutabil. ille. Fo in natura erat eqlis do. q nata erat. sic e nat. sep nat. sic e sep nat. ita sep eqlis. i nq ineqle ge nuit. I eqlitate ia nato addidit. si gignedo. ea dedit. q eqle n ipare genuit. ho g i nito sepita tur p dic. s. ineqle pat filiu. ipatre maiore filio. illo pp forma di. s pp forma servi. pp q. n tin patre s i sco. i spu sco minor fcs e. in nq minoratus e pau [illegible]

et habitu inventus ut homo. Humiliavit semetipsum factus obediens patri usque ad mortem, mortem autem crucis. Propter quod et Deus exaltavit illum et donavit illi nomen quod est super omne nomen, ut in nomine Ihesu omne genu flectatur celestium terrestrium et infernorum.

[illegible]

[illegible]

Et omnis lingua confiteatur quia dominus Ihesus Christus in gloria est dei patris. Itaque karissimi mei sicut semper obedistis non in presentia mei tantum sed multo magis nunc in absentia mea cum metu et tremore vestram salutem operamini. Deus est enim qui operatur in vobis et velle et perficere pro bona voluntate. Omnia autem facite sine murmurationibus et hesitationibus ut sitis sine querela et simplices sicut filii dei sine reprehensione in medio nationis prave et perverse inter quos lucetis sicut luminaria in mundo verbum vite continentes ad gloriam meam in die Christi quia non in vacuum cucurri neque in vacuum laboravi.

neque in vanum laboravi.

[illegible]

Aug.

tua o mors. sed iuxta lxx. sic habetur. Absorpta est .i. de
structa. mors corporis. in uictoria est .i. in resurrectione est.
quod autem de morte corporis hoc accipiendum sit. non de morte
animae. ex eo ostenditur quod dicit. tunc fiet. significans esse futurum. non
autem factum esse. tamquam de spiritu. ne quis putaret esse dictum de
morte animae. quod iam factum est. Ubi est. hoc sic tuba prophetice
uel apostoli clamantis. et morti insultantis. in persona resurgentium
ut certior sit resurrectio. dicit quasi ex persona resurgentium. ubi est
o mors corporis. scilicet uictoria tua .i. potentia qua omnes dissol
uebas. quod omnes sic uincebas. ut nec ipsi filio dei parceres. nec
uitando sed suscipiendo superaret. uicisti in morientibus
.b. uicta es in resurgentibus. uictoria tua qua absorbu
eras corpora morientium temporalis fuit. uictoria qua in cor
poribus absorpta es resurgentium. eterna constabit. Ubi est
mors. scilicet dissolutio. stimulus tuus. Stimulus mortis
intelligitur peccatum originale. quo in illo peccauimus omnes.
in quo et morerentur in illo omnes. quo punctu et uenenati sumus.
de quo mors exiit. ut ipse exponit dicens et subdens.
Stimulus autem mortis peccatum est. sic et peccatum stimulus mor
tis dicitur. quo scilicet mors facta est. non quem mors fecit. peccato et
morimur. non morte peccamus. sic dictum est lignum uite.
non quod hominis uitam faceret. sed quo uita hominis fieret. sic lig
num scientie boni et mali. per quod scientia fieret hominis. non quod per
suam scientiam homo faceret. uel nomine mortis significatur et diabolus
et est. Absorpta est mors in uictoria .i. diabolus. et iam ex
parte absorptus est. in futuro penitus absorbebitur. propter hoc
quod mors inuadendo excessit christum inuadendo in quo
nichil habebat. deinde ex persona fidelium quod nunc fit. et tunc in resur
rectione erit. insultat ei dicens. Ubi est o mors. scilicet dia
bole. scilicet tua. uictoria tua. quod genus humanum uelut
gregem per te habebas. Ubi est mors scilicet diabole. stimulus tu
us. autem mortis peccatum est. scilicet non dicit stimulus diaboli. quem scilicet

corruptibile in
duere incorrup
tionem. et mortale
hoc induere inmor
talitatem. Cum autem
mortale hoc indu
erit inmortalita
tem. tunc fiet sermo
qui scriptus est. Absor
pta est mors in uic
toria. Ubi est mors
uictoria tua.
Ubi est mors stimu
lus tuus. Stimu
lus autem mortis
peccatum est.
Uirtus uero pecca
ti lex. Deo autem
gratias qui dedit no
bis uictoriam per dominum nostrum
ihesum christum. Itaque fratres mei dile
cti stabiles estote et inmobi
les habundantes in opere domini
semper scientes quod labor

mors .i. diabolus facit. non a quo factus est. uel ita.
ipsam mortem arbitror hic significari. delectationem pecca
di et carnalem consuetudinem. quae animam mortificat. quae
ex actu peccati fit quod in adam peccauimus. hanc et
mortem peccato diximus. quod peccato omnes erant in libero
arbitrio. et in paradiso nullus dolor denegatur dele
ctationis uoluntati bone hominis resistebat. non ubi
gratia. si quis assistat quae nunquam uenatur delecta
tum. omnino liber est. tunc uenari uelit. uel nolit. non cum
cruciat. quod hic prohibet. dicitur si ista libitante male non
suis uenatur fuit quia prohibentis imperium paulatim
subrepens delectatio mortificat animam. ut si se ab
stinere uelit. sine molestia et agone non possit. ca
ro et concupiscit aduersus spiritum. et spiritus aduersus carnem.
non cessabit contentio donec perfecta sanitas totum hominem
reparauit. tunc ergo fiet sermo qui scriptus est. et non fit. sed ut
fiet. quod tunc fiet. absorpta est mors .i. delectatio peccandi
in uictoria .i. in hoc quod seruus dei uincit concupiscentiam
carnis. et tunc uincet pax. et sinitur bellum. nulla
erit amore contentio. non modo est. primo concupiscentias
carnis sequentes duxit nos. postea renitentes traxit
nos. deinde accepta gratia cepit nos. non duci. non trahe
re. sed adhuc contendere nobiscum. post contentionem erit ui
ctoria. quando oppugnare cessabit. ideo ex persona uicto
rum subdit. Ubi est mors uictoria tua. uel contemptus. Ubi est mors stimulus tuus. uel a
culeus. Stimulus autem mortis peccatum est. quia peccato facta est
delectatio. peccatum et quasi scorpius est. cuius compunctione
facta est mors. sed absorbebitur in futuro cum dabitur seru
is peccare non uelint. non possint. Uirtus uero .i. aug
mentum peccati est lex. hoc ideo addidit. ne quis dicat quia
a lege iuuari. sed adeo tamen data et lege. carnalis
concupiscentia inualuit. et preuaricatio accessit
lex et prohibendo. auget peccati cupiditatem non
diffundat spiritus caritatem. pro his autem omnibus apostolus ag
gratias deo dicens. Deo autem gratias ago. qui dedit nobis ui
ctoriam peccati et mortis. per dominum nostrum .i. christum. non per legem. christus
enim ait. Confidite. ego uici
mundum. et nos per christum uicimus.
Itaque fratres mei dilectissimi sta
biles estote in fide resurrecti
onis. et inmobiles. ut a spe eius
do moueri non possitis. sem
per in opere domini habundantes
spe ressurrectionis. scientes
.i. spem habentes quod labor
uester. quem habetis in domino .i. in
seruitio domini. non est inanis .i. sine

ut non est inanis in
16 domino. De collectis autem
que fiunt in sanctos: sicut or
dinavi ecclesiis gala
thie. ita et vos facite.
per unam sabbati unus quisque
vestrum apud se reponat
recondens quod ei bene pla
cuerit. ut non cum venero.
tunc collecte fiant. Cum
autem presens fuero quos proba
veritis per epistolas hos mit
tam perferre gratiam vestram in
ierusalem. Quod si dignum
fuerit ut et ego eam. me
cum ibunt. Veniam autem ad
vos cum macedoniam per
transiero. Nam macedo
niam pertransibo. Apud
vos autem forsitan mane
bo. vel etiam hiemabo. ut
vos me deducatis quo
cumque iero. Nolo enim
vos modo in transitu vide

nuntiavit. De collectis autem. post alia de collectis facien
dis in sanctos qui erant ierosolimis. hortatur monet. quia non est contra illos
nolite cogitare de crastino. non est id cogitare de crastino
si quis humano usu provideret. sed si quis propter ista deo militat. in
in operibus suis non regnum dei. sed istorum adquisitionem intendat. quia de
aliis monuit. de collectis que fiunt non in quibuslibet. sed in sanctos
id est ad usus sanctorum. vel istud remedium est. sicut ordinavi in ecclesiis
galatie. ita et vos facite. id est colligite. per unam. dies sabbati
id est septimane. vel per unam sabbati id est dominica die. que una sabbati
vel una sabbatorum. vel prima sabbati. vocatur apud iudeos. di
es quem dominicum appellamus. Colligite dico. Unusquisque autem
vestrum reponat apud se. ne dicamus non esse fidelem minister
cui credatis. reponat dico. quod ei bene placuerit. quasi non cogi
tet eum. recondens illud. in usu sanctorum. vel cameris ne nimium il
lud sinnat. hic est sensus horum verborum. precepit apostolus omnem
plebem dominico die convenire ad ecclesiam. et illuc deferre quod
volebat unusquisque dare. ad opus sanctorum. vel ne amarus mini
stris deputetur. si apud ecclesiam dimitteret. precepit ut secum referrent
et tuto loco reponerent. quousque ipse veniret. et hoc per sin
gulos dies dominicos faciebant. et quod paulatim colligitur non
grave est. et invenitur multum. hoc autem preparate. ut non cum venero
tunc collecte fiant. quia gravaret eos si subito totum simul
darent. Cum autem presens fuero. tunc mittam. illos. vel hos quos proba
veritis. id est idoneos iudicaveritis. per epistolas. id est cum epistolis meis. vel vestris
laudaveritis. et commendaveritis deferentium. et mittentium. per
ferre gratiam. id est donum. in ierusalem. Quod si dignum fuerit ut ego
eam. scilicet si magne res fuerint. mecum ibunt. Veniam autem ad vos
cum pertransiero. id est per loca transiero usque macedoniam. Nam macedoniam
pertransibo. sed non est opus morari. Apud vos autem forsitan manebo. vel etiam hiemabo. quia
multa corrigenda sunt ibi. sicut medicus ibi moram habet. ubi plures
egrotant. veniam ad vos dico. ut et vos me deducatis quocumque ie
ro. dico manebo apud vos. Nolo enim vos modo in transitu videre. Spero
enim me aliquantulum temporis manere apud vos. si dominus permiserit. Permanebo autem
ephesi. unde misit epistolam. usque ad pentecosten. ideo permanebo
ibi. Ostium enim id est quia hostium mihi apertum est magnum id est multa
corda hominum ad audiendum parata sunt. et evidens.
quia non quidem predicavi. et quasi diceret. quid ergo opus est ibi mora
ri. Respondet. et id est quia adversarii multi sunt. ibi qui conantur
impedire. Si autem venerit timotheus ad vos videte ut sine timore sit.
forsitan tamen ibi timuit propter opinionem pseudo apostolorum. propter ... sine timore
id est pacem. ut veniat ad me. Expecto enim illum cum fratribus. quos secum habet. De apollo autem fratre vestro notum vobis facio quoniam multum roga
vi eum ut veniret ad vos cum fratribus. hic ideo dicit quia corinthii hoc petierant. qui ab apostolo ordinatus fuerat episcopus co
rinthi. qui cum non posset eos sedare veniat ad apostolum ephesum. quibus respondet hic apostolus dicens. rogavi eum et cetera.
et utique non fuit voluntas ei ut nunc veniret ad vos. quia timet
inconvertibiles. Veniet autem cum ei vacuum fuerit. id est oportunum
scilicet cum vos correcti fueritis. vos autem. Vigilate. contra
occultas astutias diaboli. state. isti qui stant non obrep

Spero enim me aliquantu
lum temporis manere apud vos si
dominus permiserit. Permane
bo autem ephesi usque ad pen
tecosten. Ostium enim mihi apertum
magnum et evidens. et adversa
rii multi. Si autem venerit ti
motheus. videte ut sine ti
more sit apud vos. Opus enim
domini operatur sicut et ego. Ne quis ergo
illum spernat. deducite autem il
lum in pace ut veniat ad
me. Expecto autem illum cum
fratribus. De apollo fratre vestro no
tum vobis facio. quoniam multum
rogavi eum ut veniret ad
vos cum fratribus. et utique non fuit
voluntas ei. ut nunc veni
ret. Veniet autem cum ei vacuum
fuerit. Vigilate. state in fide.
viriliter agite et confortami
ni. Omnia vestra in caritate

Aug. contra faustum
Aug.
L.
Amb.
Amb. Ier.
Aug. super Io.
Amb.
Ieronimus

tam, comparetur illorum dignitas, eum sexagesimum numerum habentes. Stelle scilicet, qui tricesimum numerum consecuti erunt vel ceteri autem stelle: id est minimi novissimique fidorum. resurrectio sit sive enim infidelium. non ergo clarum resurrectionem habere qui sicut carbo extinctus suo corpore obcecatur. Ita ubi perfidia in eternis tenebris condempnati luce carebit. Stella enim, quod ab illis, scilicet a sole et luna differunt stelle, quia et inter se differunt. Stella enim differt a stella in claritate. Sic et differens erit resurrectio mortuorum, id est ita differenti corpore resurgent mortui, non solum enim in gehenna suppliciorum, sed in regno celesti premiorum multe sunt differentie. Unde dominus ait: In domo patris mei mansiones multe sunt. Hec sunt diverse meritorum in una vita eterna dignitates. Unde denarius, id est vita eterna, sit omnibus licet dominus enim denarium patrem familias dedit omnibus qui operati sunt in vinea. Quod denario utique aliquid significatur, quod omnes communiter habebunt, sicut est ipsa vita eterna, ipsum regnum celorum, ipsa claritas resurrectionis. Et tamen alius alio magis, alius alio minus fulgebit. Et multe erunt mansiones, unus denarius, quia una est beatitudo quam illi perceperunt, et dispar retributionis quantitas, id est sunt impares claritatis, tamen deus est omnia in omnibus. Et quia deus caritas est, in per caritatem fiet ut quod habent singuli, commune sit omnibus. Seminatum, quod in differenti gloria resurget, scilicet hoc omnes communiter habebunt, quod incorrupti erunt, id est hoc est quod ait: Corpus seminatur, id est sepelitur vel mortificatur in corruptione, id est cum corrumpatur vel seminatur in corruptione, id est concipitur corruptibile, et surget in incorruptione, id est immortale et impassibile, id est quamvis homo ex quo concipitur usque ad dissolutionem sit in corruptione, et post tumulis conquassetur, tamen resurget in incorruptione. Item Seminatur, id est moritur et sepelitur corpus in ignobilitate, id est sine omni honore et surget in gloria, id est gloriosum. Item Seminatur, id est concipitur in infirmitate, id est tale cui quelibet noceant, surget in virtute, id est in potentia cui nichil noceat. Vel seminatur, id est sepelitur in infirmitate, quia immobile est et intangibile, quia non valet se movere vel regere, surget in virtute, et in vivum in vegetatum. Et de per singula. Seminatur corpus animale, id est tale quod cibis sustentetur ut vivat, et quod nichil habet ab anima nisi quod sensificatur per eam, sic animalia surget corpus spiritale, id est tale quod iam cibis non egeat, sed tamen sit in spiritus, id est habens quandam spiritalia et spiritus naturalia, quia agile erit leve, cibis non egens. Et nota quod ait surget corpus spiritale, non dicit spiritus, quod corpus in spiritum vertatur, ut quidam putaverunt. Sicut enim animale corpus non est anima, sed corpus, ita spiritale corpus non spiritum debemus putare, sed corpus. Unde Iohannes

Stella enim a stella differt in claritate. Sic et resurrectio mortuorum. Seminatur in corruptione, surget in incorruptione. Seminatur in ignobilitate, surget in gloria. Seminatur in infirmitate, surget in virtute. Seminatur corpus animale, surget corpus spiritale. Si est corpus animale, est et spiritale. Sic et scriptum est: Factus est primus homo Adam in animam viventem, novissimus Adam in spiritum vivificantem.

talem opinionem discipulorum de suo corpore refellens, dixit: Palpate et videte, quia spiritus carnem et ossa non habet, sicut me videtis habere. Sed quia spiritale erit non corpus, non tamen spiritus erit, tamen non dicitur spiritus, sed spiritale, quia erit spiritui plene subditum corpus, nec iam repugnabit. Et quia spiritui subdita erit, quia non aliquam corruptionem patietur, nec alimentis egebit, ut homo ante peccatum eguit. Et nota quod non dicit corpus transiturum ad incorruptionem corruptionis facie mutatione, ut ostendatur maior dignitas resurrectionis. Si est corpus quod nunc surget corpus spiritale, quia si nunc corpus est animale, est, id est constat quandoque esse et spiritale. Sicut enim animales sumus, quia pater noster Adam factus est carnalis in animam viventem, sic erimus in resurrectione spiritales, quia pater noster, scilicet Christus, factus est spiritalis in sua resurrectione in spiritum vivificantem. Quod sic exponit: Sic et vel sic enim scriptum est in genesi, scilicet nos esse animales, ab animali parente procreatos. Scriptum est enim ibi quod Primus homo Adam factus est in animam viventem. Hic exponit quid sit animale corpus. Et ait: Factus est in animam viventem, id est potentem vivere et vitam dare corpori, tamen per sustentamenta ciborum vivificantem. Sed novissimus Adam, id est Christus. Hoc non de genesi sumitur, sed addit apostolus: factus est in spiritum vivificantem, quia ita corpus vivificaret, ut ultra non egeret aliqua sustentatione, nec esset solubile. Hic exponit quid sit spiritale. Hic enim vitam animam viventem et spiritum vivificantem vitam esse voluit, ut illic sit corpus animale, hic spiritale. Anima enim in corpore animali vivit quidem, sed non vivificat usque ad auferendam corruptionem. In corpore vero spiritali, quia perfecte adherent domino, sic vivificat, ut spiritale corpus efficiat. Attende quare Christus dicitur Adam et novissimus Adam dicitur, quia de eadem materia est, novissimus, quia post eum non succedit alius qui sit caput vel auctor humani generis. Sic illi duo fuerunt. Totum enim humanum genus quodammodo sunt illi duo homines, scilicet primus Adam et secundus, quia ex illo sunt nati, ex hoc renati. Et homo uterque dicitur pater humani generis. Vel aliter non mutatis ita prius legi illud: Si est corpus, ut probet quod a relatis, scilicet corpus esse spiritale, quod habundi dixi spiritale, quod si est corpus animale, ergo et spiritale. Christus enim dicitur corpus futurum addit animale, non sit aliud spiritale ad cuius discrepantiam dicatur animale. Quod autem sit animale probat per auctoritatem genesis: Factus est et cetera. Quod non mutantur. Vel ita: Si est corpus, quod habundi dixi corpus animale et corpus spiritale. Si quod est corpus animale, et est corpus spiritale, et quod animale sit, probat per genesim. Ibi: Factus est primus homo, et cetera. Et quod sit spiritale ostendit ibi, quia novum Adam hominum tibi omnium sensus non mutatur. Sed non prius. Dixit corpora nostra futura spiritualia, sed ne quis dubitet an animale possit fieri spiritale.

Sed non prius quod spiritale est, sed quod animale, deinde quod spiritale est.

Aug. in li. sententiarum prosperi

Amb

L.

Ambr

Aug

Aug. sup Ge.

Ieron

Ieron

Amb

Aug

Primus homo de terra terrenus. secundus homo de celo celestis. Qualis terrenus, tales et terreni. et qualis celestis, tales et celestes. Igitur sicut portavimus imaginem terreni, portemus et imaginem celestis. Hoc autem dico fratres, quia caro et sanguis regnum dei possidere non possunt. neque corruptio incorruptelam possidebit. Ecce misterium vobis dico. Omnes quidem resurgemus. sed non omnes inmutabimur. In momento in ictu oculi in novissima tuba. Canet enim tuba et mortui qui in christo sunt resurgent primi. Oportet enim hoc

Aug. in l. senten.

Aug. de ope[re] monachorum

Ambr.

Ieron. Ambr.

Amb.

Aug.

Aug. sup genesi. — Ambr. — Ambr. — haymo — haymo. — Crisost. — Ieron.

et ipsum scilicet, eris omnia, que desiderari possunt, in omnibus membris suis. quia premium virtutis erit ipse qui dedit virtutem, quia deus erit unde satientur. Omnia ergo erit, que honeste desiderantur, quia deus erit et vita et salus et victus et copia et gloria et honor et pax et omnia desideriorum et omnia bona. et hoc erit in omnibus. In quibusdam etenim, prout alii, quam esse distantia, sed gloria autem eternitatis absque distantia, quam sunt multe mansiones in una vita eterna, id est varie meritorum dignitates. sed non deus erit omnia in omnibus et erit in indispari claritate par gaudium, ut quod habebit singuli commune sit omnibus, quia in gloria capitis omnium erit per vinculum caritatis. Vel ita ut agatur de Christo secundum divinitatem. Cum subiecta fuerint omnia illi, id est cum omnes adoraverint Christum ut dominum, tunc et ipse filius erit subiectus illi qui subiecit sibi omnia, id est tunc Christus se dominum ostendet sed de deo, ut unius principii summa et ineffabilis auctoritas maneat, ita ostendet se dominum de deo ut tamen sit deus in omnibus, id est in confessione omnium ex quo omnia sunt. Cum enim discet omnis creatura Christum esse suum caput, Christi autem caput esse deum, non tamen erit unus deus in omnibus, id est in confessione omnium. sed in omnis creatura sentiebit ipsum esse ex quo sunt omnia, quia omnia ex ipso sunt. Si non dixisset ut sit deus in omnibus, intelligeret in omnibus quod esset vel per communem sensum non tamen omnia ex ipso esse. sed cum dixit omnia in omnibus significavit quia ex ipso sunt omnia et in omnibus est ex ipso, quia ab ipso creata sunt. In ipsis autem qui in omnium confessione unus erit deus. Vel ita ut sit que filio erunt subiecta omnia ita ut ipse scilicet sit deus omnia in omnibus, id est ut nemo eorum qui ei coherent amet adversus eum suam propriam voluntatem. Ipse est finis quem supra commemoravit totum hoc concludens, id est per Christum est consummatio, quia consummationem hoc ibi: deinde finis. post iubitari explicans quomodo sit consummatio, cum ait: cum tradiderit regnum deo et patri, etc. et est ut sit deus omnia in omnibus, id est ut nemo coherentium ei amet adversus eum aliquid. tunc manifestum sit quod dictum est: Quid habes quod non accepisti. Tunc enim manifestum erit michi bonum aliquid habere vel habuisse non a Christo. Item Iero. et nemo existimet quod pater sic subiecerit omnia filio, ut ipsum filium sibi omnia subiecisse non putet. Inseparabilis enim est operatio patris et filii.

Alioquin etc. Aliud adhuc inguerens, ostendit si resurrectio mortuorum non est futura, quia si mortui non resurgerent, tunc non Christus resurrexit, et si ipse non resurrexit, tunc in baptismo non sit remissio peccatorum, quia resurgent mortui. Alioquin, scilicet si non est resurrectio mortuorum futura, illi qui baptizantur pro mortuis, id est pro peccatis delendis vel pro se mortuis faciendis ad similitudinem mortis Christi, quid facient, quia non sunt vitam habituri. Item idem aliis verbis dicens: Si mortui omnino non resurgunt, ut quid et baptizantur pro illis, id est pro peccatis, cum ipsa non dimittantur si Christus non resurrexit. Vel ita. Alioquin fuerunt quidam imperiti qui baptizabantur pro hiis qui de hac vita sine baptismo discesse-

filius subiectus erit illi qui subiecit sibi omnia ut sit deus omnia in omnibus. Alioquin quid facient qui baptizantur pro mortuis? Si omnino mortui non resurgunt, ut quid et baptizantur pro illis? ut quid et nos periclitamur omni hora? Quotidie morior per vestram gloriam fratres, quam habeo in Christo Iesu domino nostro. Si secundum hominem ad bestias pugnavi Ephesi, quid mihi prodest si mortui non resurgunt? Manducemus et bibamus, cras enim moriemur.

Iero. — Ambr. — Aug.

rant, putantes illis prodesse. timebant enim ne aut non resurgerent, aut male resurgerent. Ideo si quis eorum propinquis sine baptismo migrassent, de viro vivus alius in nomine illius baptizabatur, putantes mortuo prodesse. quam non sine eam commemorat apostolus. non enim factum illorum probat sed fixam fidem in resurrectione ostendit. et est sensus. Alioquin, id est si resurrectio mortuorum non est futura, illi qui baptizantur pro mortuis, id est vice eorum qui mortui sunt, quid facient, id est quid proderit ipsis mortuis, id est quid proderit illis qui in resurrectione non sunt, quod vivi baptizantur pro eis. Item Iero.: michi itaque si omnino mortui non resurgunt, ut quid et baptizantur pro illis, id est quare illi id est mortui et peccata non remittuntur? non enim sine resurrectione. Quasi dicat: Si stulti adeo certi sunt de futura resurrectione, vos non debetis dubitare. Sequitur. Ut quid, quasi si mortui non resurgunt, ut quid et nos, qui non stulti sicut predicti, sapientes sed videmini. hos enim discernit a predictis dicens ait: et nos. ut quid magis et nos periclitamur, id est pericula patimur omni hora, et non solum pericula patior sed morior. Quotidie, id est pericula mortis subeo, o fratres, per gloriam vestram, scilicet ut vos eternam gloriam consequamini, vel per gloriam vestram meam. Ecce apostolus iuravit ut sciatis quia iurare non est peccatum. Sed non ideo in dubio iurandum est et tacere est non iurare, quia consuetudine iurandi periclitatur. Falsum non iurare gravissimum est peccatum. Non est contra preceptum iurare quod non est a malo iurantis sed incredulitatis vel infirmitatis, qui non aliter credit. Sequitur. Quam etc. quasi per gloriam vel per gloriam dico non quidem humanam sed eternam, quam iam habeo spe in Christo Iesu domino nostro, id est domino confido, quia ipse passionem et glorificatur. Item si mortui non resurgunt quid mihi prodest. Si, id est ego pugnavi, id est disputavi ad bestias Ephesi, id est cum bestialiter viventes in Epheso. pugnavi dico agens secundum hominem, id est rationabiliter, quia hominis est credere, non more hominis ut bestiam. Item si mortui non resurgunt hoc solum restat: Manducemus et bibamus, cras enim, id est in proximo moriemur. Hoc de Ysaia sumit apostolus, et est ibi vox iudeorum desperantium in captivitate, quam apostolus refert ad illos qui de resurrectione dubitabant. Hii enim dicebant per eos quasi quia nichil futurum sit post mortem, nec tamen student in presenti, qui fidem asserentium resurrectionem irridebant dicentes: Quis unquam venit, vel audivit vocem cuiusquam ab inferis venientis, ex quo positus est ibi avus meus, ex quo atavus meus, ex quo pater meus, nullius vocem audivi. Quibus respondetur: Stulte, si pater tuus resurgeret, crederes. Deus omnium resurrexit et non credis. Qui voluit mori et surgere ut omnes unum crederent.

ne animi tui deciperemini. credens pater eum mansisse; in credis iam immortalem. quod se glorificandum discipulis prebuit. quibus videntibus in celum ascendit. et fide de celo misso spiritu sancto recepit. quod denique testimonium habes in celo. testimonium in terra. testimonium ab angelis. testimonium ab inferis. quid ergo remansit? quasi non clamet. desinant ergo cum istis male loqui cum corrumpentium bonos mores colloquiis malis. Nolite. quasi propter hoc omnia. nolite seduci a pseudo. quia de medicina querit vulnus. inde sepius conatur cum querit medicina. unde laqueus in mortis inveniatur. Corrumpunt. quasi. et ideo non seducamini. non enim placeat vobis colloquium illorum. quia colloquia eorum mala corrumpunt bonos mores. id est virtutes. et necant. dum faciunt non sperari resurrectionem. Assiduitas enim pravi colloquii vincat virtutem. et ideo ab his cavendum est. Evigilate. quasi. hic nolite. sed potius contra illos evigilate a torpore. et sic eritis iusti. et propterea nolite peccare. quasi exigit iusticia dei. scilicet ne peccetis illis consentiendo qui ignorant deum. Unde subdit. Ignorantiam enim dei quidam habent. illi scilicet qui mortuorum resurrectionem stultum esse dicebant credere. et hoc loquor vobis ad reverentiam vestram. id est ut eis accedere vereamini. vel ad confusionem. id est ut pudeat vos credere ignaros. vel ad diligentiam vestram. id est ad utilitatem vestram. Sed dicet. Hactenus per rationes probavit mortuorum resurrectionem futuram. nunc per ipsam rerum naturam posse fieri ostendit. et illorum deprivat scientiam. quos ignorantiam dei habere dixit. tuba preferens. quasi. per hec predicta probatur resurrectio mortuorum. et si tamen dicet aliquis. ignorans enim deum. quomodo resurgent mortui. id est quomodo potest esse ut mortuum quod iam cinis fit resurgat. ita hoc dicit quasi per hoc non fieri non possit. Si autem resurgent quali corpore venient? quasi non poterit aliud esse quam tale. id est passibile et mortale. Respondet ei in humanum conquirens. per quod vitam de resurrectione improbat fidem. scilicet sapiens esse videtur iste et non sit. congrue respondet ei apostolus subdens. Insipiens tu. qui non attendis quod cotidie vides granum quod seminas non vivificatur. id est vegetatur. nisi prius moriatur. id est putrefiat. et animali homine non legis auctoritate agit. sed doctrina seminum adhibet. quibus mortuorum in melius reformatio futura creditur. manente nature genere. Sequitur de

Nolite seduci. Corrumpunt enim mores bonos colloquia mala. Evigilate iusti: et nolite peccare. Ignorantiam enim dei quidam habent: ad reverentiam vobis loquor. Sed dicet aliquis quomodo resurgent mortui? aut quali corpore venient? Insipiens tu quod seminas non vivificatur nisi prius moriatur. Et quod seminas non corpus quod futurum est seminas sed nudum granum ut puta tritici aut alicuius ceterorum. Deus autem dat illi corpus sicut vult: et unicuique seminum proprium corpus. Non omnis caro eadem caro. Sed alia quidem hominum. alia pecorum. alia volucrum. alia autem piscium. Et corpora celestia: et corpora terrestria. Sed alia quidem celestium gloria. alia autem terrestrium. alia claritas solis: et alia claritas lune: et alia claritas stellarum.

eodem. Et corpus quod seminas. non seminas tale. quod. id est quale futurum est. et hoc ideo dicit. quia triticum ex tritico futurum sit. sed quia nemo seminat herbam vel stipulam. vel que in palea nascitur plicata fit augmento granorum. tamen omnia in semina exsurgunt. ideo addit. sed nudum granum ut puta granum tritici aut alicuius ceterorum seminum. Deus autem dat illi grano corpus et paleam et aristam sicut vult. Sicut ergo nudum granum seminatur et divinitus quedam in vestitum surgunt multa, sic hominis incorruptum. ita mortui divina virtute poterunt vivere et meliori corpore resurgere. et unicuique seminum dat proprium corpus quod illud debet habere. non omnibus generis idem corpus dat. sed unicuique proprium sui generis. ut tritico tritici. vel unicuique semini proprium dat. quia non de alio pullulat granum quod de terra oritur nisi de eo quod seminatum est. ita nobis reformabuntur in futuro nostra antiqua corpora. sicut Iob ait. Quem visurus sum ego et non alius. Non omnis. hoc pertinet ad dictum resurgentium. quia propter diversas glorias fidelium quod eadem corpora resurgent. sed erunt differentia in gloria et dignitate. quamvis de eadem materia sint. sicut non omnis caro est eiusdem dignitatis licet sit de eisdem elementis. et hoc est quod ait. non omnis caro est eadem caro. id est eiusdem dignitatis. Sed alia hominum est. alia pecorum. alia volucrum. alia piscium. Similis iste sensus est. sicut in genere carnis est sicut cuncta mortalia. differunt tamen inter se per diversitatem animantium. non mirum est si in resurrectione mortuorum gloria distabit. Sequitur. Et sunt corpora celestia. non volantium. sed ut sol et luna et stelle. et sunt corpora terrestria. ut corpora arborum et aliorum que in terra gignuntur. Ideo et dixit supra de carne subdit de corporibus. quia omnis quidem caro est corpus. sed non e converso. ut legitur. Vel celestia corpora sunt resurgentia. terrestria vero antequam moriantur. vel quia Christus celestis est. ex eo corpora celestia dicuntur. vel terrena caro dicuntur ex Adam. vel quia est terrestris corpora terrestria. Sequitur. Sed alia. quasi non solum terrestria differunt inter se. sed et a celestibus. quod ita dicit. Sed alia quidem celestium gloria est. alia autem terrestrium. et etiam ipsa celestia inter se differunt. quia alia est claritas solis. alia claritas lune. alia claritas stellarum. Et sicut ista et si unius nature sint. diverse tamen sunt claritatis. sic et homines et si sint unius generis. dissimiles tamen gloria erunt in resurrectione. ut claritati solis illorum dignitas exequetur qui ceteris vitam habent. lunari vero clari

Aug. super Genesim.

Aug. in li. lxxxiii.

Amb.

Aug.

Ieron.

Crisost.

quoniam dicunt quidam in vobis quoniam resurrectio mortuorum non est futura. Si autem. quasi dicit
quidam non esse futuram. sed futura est. id est si resurrectio mortuorum non est futura dicendum est quod neque Christus surrexit
qui totum corpus suos facit. Sed pseudo apostoli erant deceptores qui negabant veritatem dicentes Christum
Aug. Scope monachorum — non venisse incarnatum, non passum, non resurrexisse. Si autem. Et ne quis neget resurrectionem Christi sub
Aug. — dit inconvenientia dicens. Si autem Christus non surrexit, predicatio nostra est inanis, id est inutilis, et fides vestra. Similiter est
inanis id est inutilis. et nulla remuneratio sit futura quia nos non [illegible]. Invenimur autem non
Amb. — solum hec inconveniens sequitur sed et hec aliud quod nos apostoli quibus omnes credere invenimur falsi testes
dei. qui de falsa laude sua mentiuntur quoniam diximus testimonium adversus deum, scilicet quod suscitaverit Christum
Amb. — quem non suscitavit si mortui non resurgunt. Perhorrendum est aliquid falsi de deo dicere et si ad laudem eius videatur per
Iero. — tinere. quia non minori sed maiori fortassis scelere in deo laudatur falsitas quam vituperatur veritas.
Nam si. quasi diceret non suscitavit Christum si mortui non resurgunt. Nam non resurrexit si illud est quod in
dicunt. Nam si mortui non resurgunt neque Christus resurrexit. Quod id est sed si Christus non resurrexit et fides vestra vana est id est falsa. non
tamen inutilis. Adhuc enim quasi vere falsa est fides si Christus non resurrexit quia adhuc scilicet post baptismum es
tis in peccatis vestris que remissa fore credebatis. Sed hec tamen connexiones ratiocinationis fal
sas tamen habentes sententias sed [illegible] alia inferuntur. ut erubescant illi et errore [illegible] quod et ipsi
dampnat ne quis in hoc errore remaneret. Adhuc subdit aliud inconveniens quasi et quia vos estis
in peccatis. Ergo et qui dormierunt in Christo id est qui mortui sunt in fide Christi fuerunt in peccatis et ideo
Aug. in li. contra [illegible] — perierunt [illegible]. Si in hac et cetera. Aliud inconveniens hic ostendit
quod si Christus non resurrexit non sumus sperantes in Christo id est in fide Christi tantum in hac vita ut resurrectionem futuram
non speremus et si hec est, sed miserabiliores sumus omnibus hominibus quia vel hoc seculo fruuntur. Nunc autem
quasi si Christus non surrexit hec inconvenientia sequuntur sed pro hiis inconvenientibus vitandis. Nunc apparet quod
Christus surrexit a mortuis qui est primitie dormientium id est mortuorum quia ideo dicuntur dormientes quia facile et [illegible]
de morte tamquam de sopitu dormitione resurgent. Quasi primitie Christus dicitur quia prior aliis tempore et
Amb. — dignitate surrexit. Quoniam quidem quasi per Christum hominem poterit resurgere quoniam per hominem quod [illegible]
to minore venit mors et sic hec est ergo per hominem similiter resurrectio mortuorum. Ecce primitie. homo
et homo. homo ad vitam homo ad mortem. sed ille non homo. iste deus et homo. [illegible] autem ille quasi iste suppon
et sic quasi per quem venit mors per quem sit resurrectio. Ecce et sic omnes moriuntur corporali mor
te in Adam qui eius filii sunt a quo mortem et mortis initium traxerunt. ita et omnes vivificabuntur
Amb. — in Christo qui eius filii sunt spirituali regeneratione. Sed. Attende quoniam ait omnes mori in Adam et omnes
Aug. — vivificari in Christo quia nemo ad mortem nascitur nisi per illum. Quia sic per Adam omnes mortales
in pena facti sunt filii seculi ita et per Christum omnes immortales in gloria fient filii dei. Nemo quippe
ambigat hoc de morte corporis dictum quoniam de resurrectione corporis agebatur. Sed. Unus
quisque autem quasi sed omnes cum Christo [illegible] resurgent sed tamen different quia unusquisque resurget in suo
Ieronimus. — ordine id est in sua dignitate martir ut martir apostolus ut apostolus sic et ceteri. Primitie
et cetera. Ordines hic exponit non de [illegible] et tempora [illegible] quia futurum est ut resur
gant mortui. primitie id est primus tempore et maximus dignitate Christus est qui prior resurrexit ut fidem
faceret et formam daret credentibus. Deinde omnes hii qui sunt Christi, scilicet qui in Christum credunt quia minus eo dig
ni sunt resurgent posteriores tempore et dignitate minores. Et qui sunt Christi exponit subdens qui
crediderunt in adventum eius id est primum ad remunerandos bonos venturum. Vel taliter littera habet
deinde qui sunt Christi in adventum eius scilicet resurgent id est cum venerit ad iudicium. Deinde erit finis id est con
summatio. hic ponit ad consummationem resurrectionis quia impleta et finis erit mundi et consum
matio omnium et hoc erit cum Christus tradiderit id est representaverit regnum id est illos quos in bonis operibus
rexit deo creatori suo in quantum est homo et patri suo in quantum est deus. Ideo autem dicit deo et patri ut
ostendatur quod alia persona est filius quam pater. Et ne quis sic arbitretur Christum tradidisse regnum deo et patri
ut adimat sibi quod quidam vaniloqui crediderunt cum enim dicitur tradiderit regnum deo et patri non separa
tur ipse vel spiritus sanctus quia simul cum patre unus est deus filius et spiritus sanctus. Quod dicitur cum tradiderit regnum deo et patri quasi
tamen non habeat regnum deus pater. Sed hic ita dictum est cum tradiderit regnum deo et patri id est cum perduxerit credentes ad contemplationem

Si autem resurrectio mortuorum
non est, neque Christus resurrexit. Si autem
Christus non resurrexit, inanis est predica
tio nostra, inanis est et fides vestra.
Invenimur autem et falsi testes dei,
quoniam testimonium diximus adver
sus deum quod suscitaverit Christum
quem non suscitavit si mortui
non resurgunt. Nam si mortui non re
surgunt, neque Christus resurrexit. Quod
si Christus non resurrexit, vana est fides
vestra. Adhuc enim estis in peccatis
vestris. Ergo et qui dormierunt in
Christo perierunt. Si in hac vita tantum
in Christo sperantes sumus, miserabilio
res sumus omnibus hominibus. Nunc autem
Christus resurrexit a mortuis, primitie
dormientium. Quoniam quidem per hominem
mors, et per hominem resurrectio mortu
orum. Et sicut in Adam omnes moriun
tur, ita et in Christo omnes vivificabun
tur. Unusquisque autem in suo ordine: primi
tie Christus, deinde hii qui sunt Christi, qui in ad
ventu eius crediderunt. Deinde finis cum

plantone di patris. ubi e finis oium. i. requies sempiterna. i gaudium. q te erit finis. e regni i. quos redemit sanguine filii. tradiderit contemplando deo i patri. non q ipse adiuvat · s. quia unus deus e cum patre. tunc iusti fulgebunt sicut sol in regno patris eorum. Regnum fulgebit. i. regno. e regno nostro regni. q nunc orans · e dicens adveniat regnum tuum. i videat q regni patris. quin regs q seminavit. e novum minor patre. perducet ad speciem. in qua equalis non recessit a patre. fideles quippe eius quos redemit sanguine suo dicti sunt regnum eius. e regnum i e omnis creatura. s. aliter dicitur regnum xpi. omnis creatura. aliter ecclesia. Regnum xpi dicitur omnis creatura. sed potestate divinitatis. ecclesia vero sed speciem fidei q de illo e. i e sensus. e t. r. d. i p. i. e perducet illos ad speciem divinitatis. in quibus nunc regnat deus per fidem. quia tunc revelabitur a filio pater. Unde nemo novit patrem nisi filius i cui filius voluerit revelare. nam essentia filii e patris i spiritus s. videbitur. q solis mundi cordibus dabitur. que e summa beatitudo. Vel ita. e t. r. d. i p. i. e patrem regnare monstraverit q nunc creditur. te vel per speciem manifestacione que clarescet. secundum Aug. te erit finis. non

evacuaverit o. p. i po. i uir. dum durat mundus angeli angelis presunt. demones demonibus. homines hominibus. ad utilitatem viventium. vel deceptacionem. s. omnibus collectis iam omnis prelacio cessabit. quia necessaria non erit. hanc autem prelationem dicit xps evacuare. quia suos omnes in regno exaltabit. qui hic fuerint humiles. sicut ipse ex humilitate regnat. q habitu distinguere. principatum dicit maiores i po. dicit minores. virtutem. illos qui miracula faciunt. vel fortes homines. s. tunc cessabit omnis creature prelatio in angelis i hominibus. Cessabit timor regnabit caritas. non erunt iam presidentes i subditos ulla diversitas. Vel ita. evacuaverit o. p. i po. i u. quia tunc notum erit omnibus. nichil horum aliquos terrenos vel celestes habuisse ex se. sed ab illo a quo sunt omnia. Oportet autem q te apertius regnabit. sed nunc. oportet illum regnare occulte. quia alii semper false ceciderunt. i qui nunc regnat potentiam suos sustentare. oportet regnare dico donec ponat in finem. omnes i. s. pe. Vel ita. q videt regnum evacuabit potestatem. s. oportet illum regnare i. regnum eius i tamen manifestari. donec ponat i i. nolentes vel coactos. sub pe. i. sub plena subiectione. vel sublimitate sua. ut ipsam teneant. i honorent. i ipsum hominem deum. i regem omnium agnoscant. i e sensus. Interim oportet regnum eius manifestari. donec eum regnare fateantur omnes inimici eius. s. i illi qui ex iniustis iustificantur. i ei fide subduntur. i illi qui ad tormenta

tradiderit regnum

deo et patri. Cum

evacuaverit om

nem principatum

et potestatem et uir

tutem. Oportet

autem illum regnare

donec ponat omnes

inimicos suos

sub pedibus eius.

Novissima autem

inimica destru

etur mors. Omnia

subiecit sub pedi

bus eius. Cum autem di

cat omnia subiecta

sunt ei. sine dubio

preter eum qui subiecit

ei omnia. Cum autem

subiecta fuerint

illi omnia. tunc ipse

beatitudinem non pertinet. quia ipsi cum regnare ipsa regni eius manifestacione consursi sentiebunt. Attende q autem. do. po. i e. non ita dictum e. q cum posuerit inimicos sub pedibus. non sit postea regnaturus. s. ad tantam evidentiam regni perducet. ut inimici non audeant negare q regnet. quod amplius non erit manifestum. i si aplius diceret. aliud e non amplius manifestari. aliud non amplius permanere. si amplius manifestari e. non sit manifestum. non amplius permanere. non esse persciantur. Tunc autem manifestum erit regnum xpi. q e omnibus clarum erit inimicis. dicendo. q don. maiorem excludit manifestacionem regni. non ampliorem permanentiam. Ita i dictum e. oculi nostri ad dominum. donec. u. no. non ut tunc avertantur e miserendi fuerit. s. non nichil amplius inquirant nec alia sit constat. q i potestate sustentandi hic. Unde subdit. Novissima autem. secundum gradationem resurrectionis e. hic. q nunc regnat xps. i tunc regnabit. s. mors inimica. cum inimicam. vel ipsa nobis destruetur novissima. quia non erit q destruatur. postquam mortale hoc induerit immortalitatem. quia amplius non dissolvetur homines sicut heretici arbitrantur. Omnia. ii. q omnia ponet sub pedibus q nunquam potuit. quia scriptum dicit. q deus pater subiecerit omnia sub pe. ei. xpi. ut i mortem destruat eum qui subiecit omnia. sine dubio patrem intelligi voluit. sicut in evangeliorum multis locis xps ad patrem refert. q hoc non solum propter formam servi. s. i propter principium de quo e. i de quo equalis est ei. de quo e. hoc autem scriptum quomodo intelligi debeat ostendit subdens. Cum autem scriptum dicat. illud constat ex eius auctoritate. q omnia sine dubio subiecta sunt ei. s. xpo. preter eum. i. divinitatem eius. qui subiecit ei omnia. Quia sicut ex illo e. ita nulla ratione potest alicui esse subiectus. ipse. ii. principium e omnium. Cum autem. q deus non e ei subiectus. s. potius ipse deo. sed q e homo. q ita autem. e autem subiecta fuerint illi. i. filio. omnia. tunc i. in ipsa prelacione ipse filius sed q homo subiectus erit. e corpore suo q e ecclesia. illi qui subiecit sibi omnia. Attende q autem tunc fuerint subiecta. non ideo hic dicit. quin i nunc subiecta sint. i q autem. ipse subiectus erit. non hic ita dicit quin i nunc subiectus sit. s. quadam genere locutionis utimur. q plerumque loquitur scriptura. ut q semper e. tunc aliquando fieri dicatur. e incipit cognosci ab eo. ut e nomen dei sanctum semper sit. dicitur tamen in oratione dominica. Sanctificetur nomen tuum. i. sanctum esse ignorescat. Ita i supradictum e. c. t. re. d. i pa. i. e patrem regnare monstraverit. Similiter i illud. Evacuabit o. po. i e. quia tunc omnibus erit notum. nichil per se habuisse potestatis terrenos vel celestes. nisi a deo ex quo sunt omnia. tunc. n. nulli spes aliqua remanebit in aliquo principe. nisi in deo. i e sensus. Cum. o. s. il. fu. i. subiecta esse innotuerit. tunc ipse. sub. e. il. q s. sub. i. ignorescet illi subiectus esse. sed formam servi. cui e equalis sed formam dei. ut sit. q tunc erit subiectus. ita tamen ut secundum alteram naturam. s. divinam. sit deus. unus cum patre.

Aug · Jer · Aug. sup genesi · Aug. de baptismo par · Jer · Aug · Ambr · Ambr · Aug. xiii. trin

14

Turpe enim est mulieri lo
qui in ecclesia. An a vobis ver
bum dei processit? aut in vos so
los pervenit? Si quis videtur
propheta esse aut spiritualis, cognos
cat que vobis scribo, quia domini sunt
mandata. Si quis autem igno
rat, ignorabitur. Itaque fratres
emulamini prophetare,
et loqui linguis nolite prohibere.
Omnia autem honeste et secundum
ordinem fiant in vobis.
Notum autem vobis facio
fratres evangelium quod predica
vi vobis, quod et accepistis, in
quo et statis, per quod et salva
mini. Qua ratione predi
caverim vobis, si tenetis,
nisi frustra credidistis. Tra
didi enim vobis in primis quod
et accepi, quoniam Christus.

Amb.

Amb.

Amb.

haimo

Amb.

Aug. sup. Io.

Aug. ad eundem

Aug.

Aug. de consensu evangel.

Aug. de consensu evangelistarum

Amb.

Amb.

cessitate. sed pro peccatis nostris. Et hoc dico secundum scripturas
uaticinis . quod mortem christus fuerit subiturus. Vnde ysaias: Sicut ouis ad occisionem ductus est. Et iterum:
Tolletur a terra uita eius. Ab iniquitatibus populi mei
ductus est ad mortem. Et quia traditi, quod sepultus est
et hoc secundum scripturas. Dicit enim ysaias: Dabit impios pro sepultura et diuites pro morte sua. Et
item: Erit in pace sepulchrum eius gloriosum. Et quia tradidi quod resurrexit probata uera morte. et hoc tertio
tio. scilicet tertia die. ut ea potestate credatur nos
posse suscitare. Et hoc dixi secundum scripturas. Sicut in quo
osee: post biduum uiuificabit nos. In die
tertio resurgemus et uiuemus in conspectu eius. Si
autem mortuus et sepultus resurrexit. ne dubitetis mortuos et sepultos resurgere. Et quia tradidi quod uisus est post resurrectionem cephe. id est petro
primum. Aliis uiris quibus apparuisse legitur in euangelio dicitur. Concordat. quia primo mulieribus apparuisse legitur. Et post uisus est xi. apostolis in galileam. Alia
littera habet xii. quia post mathiam acceperunt. uel quia
pars maior est. aut potior solet eius nomine et
illud comprehendi. quia ad ipsum nomen non pertinet. Quod
illud dictum est. Nonne ego xii. uos elegi cum iu
das de electis non esset. Ita et hic dicitur. Sed hic xi numerus correctus greci codices habent. ut non quereretur xii.
sed illi in eo numero uacillant. Sed xi non nulli codices habent. quod credo perturbatos homines emendasse.
nec tamen ueritati repugnat. Deinde uisus
est plus quam quingentis fratribus simul. hoc non in euangelio legitur.
ex quibus multi manent usque adhuc qui testes
sunt. si queratis ab eis. Quidam autem illorum dormierunt. id est mortui sunt in hoc testimonio permanentes. Deinde uisus est iacobo. singulariter. non
hoc in euangelio est. Deinde apostolis omnibus. apparuit in
ascensione. Nouissime autem omnium. scilicet post
ascensionem uisus est et mihi. primum de celo post
tamen in templo. Et hoc dico tamquam abortiuo. id est
simili abortiuo. quia coactus est ad dominum conuerti.
ut abortiuus cogitur nasci. Vel abortiuus
dicitur quia extra tempus natus in christo apostolatum accepit. iam
christo in celo assumpto. Abortiuus enim dicitur qui extra tempus
legitimum et congruum nascitur. id est antequam debeat. Sic et paulus hic dicitur esse abortiuus. quia
tardius natus est in christo quam debuisset. Vel simul abortiuo dicitur quia minor aliis apostolis erat consideratione prioris status. uel temporis. Vnde subdit: Ego enim
tale. quia recte post omnes apparuit mihi. quia ego minimus

mortuus est pro peccatis
nostris secundum scripturas
et quia sepultus est et quia re-
surrexit tertia die secundum
scripturas. et quia uisus
est cephe et post hec xi.
Deinde uisus est plus quam
quingentis fratribus simul
ex quibus multi manent
usque adhuc. quidam autem
dormierunt. Deinde uisus
est iacobo. deinde apostolis
omnibus. Nouissime autem
omnium tamquam abortiuo ui-
sus est et mihi. Ego enim
minimus sum apostolorum. qui non sum dignus uocari a-
postolus. quoniam persecutus sum ecclesiam dei. Gratia dei sum
id quod sum et gratia eius in me uacua non fuit.
sed habundantius illis omnibus laboraui. Non ego
autem sed gratia dei mecum. Siue enim ego siue illi
sic predicamus et sic credidistis. Si autem christus
predicatur quod resurrexit a mortuis. quomodo
quidam dicunt in uobis quoniam resurrectio mor-
tuorum non est.

sum apostolorum. consideratione prioris temporis. uel hoc dicit humilitatis causa. Vel minimus erat aliis tempore uocationis. quia ultimus uocatus est. non dignitate uel labore predicationis.
Qui non sum dignus uocari apostolus. si mea precedentia attendantur merita. unde subdit. quoniam persecutus sum ecclesiam dei. Veruntamen testimonium est ab inimicis quod autem sum. apostolus. Ego quia
quis quereret. si non es dignus uocari apostolus. et tamen apostolus.
respondet: Gratia dei sum id quod sum. id est apostolus. deo dante
gratiam qui eum elegit. non sibi. et recte gratia nominatur. quia
non sola gratia datur deus est non precedentibus meritis bonis. sed
post per gratiam incipiunt bona merita. Contrarium enim fuit
paulo cum persequebatur ecclesiam dei. sed malum. et ideo debetur
hoc meritum malum. redditum est ei bonum pro malo. quod ostendit est autem. Gratia dei sum id quod sum. ut ostenderet et liberum
arbitrium addit: et gratia eius. scilicet apostolatus. in me non fuit uacua.
id est ociosa. quia per hoc quod persecutor fuit. non minor
gratia fuit ei in apostolatu non fuit uacua dico. sed habundantius omnibus illis. singillatim laboraui. quia maior
periculis. in quibus illi non laborauerunt. sed tamen magis iple
tum est. quia et de opere manuum uixit. non euangelio uiuens
fecit. et ne ipsa uoluntas sine gratia dei putaretur aliquid posse subdit: Non ego autem. solus sine gratia operor. sed gratia
dei mecum. id est in libero arbitrio. Manet quod data fuit gratia. incipiunt esse merita nostra bona. per illam tamen quod si illa se
subtraxerit. cadit homo. Siue enim. quasi mortuus
surrexit. uideo. quia sic predicamus. scilicet christum surrexisse
siue ego sum alii apostoli. Vel ita coniunge. quia laboraui
ego et alii apostoli. et uideo quia in hac predicatione. quasi ita
autem. Siue enim ego siue illi sic predicamus. usque. scilicet christum re
surrexisse. et uos sic
credidistis. Arguit eos quod est hic fi
des manifesta omnibus apostolis
omnibus ecclesiis. illi in de
fuerint. Vel ita coniunge. quia
uideo per gratiam hic habeo. quia
siue enim ego siue illi. id est ego et
illi. sic. id est per gratiam predi-
camus. et uos sic. id est per gratiam cre
didistis. Si autem. hucusque ostendit christum re
surrexisse a morte
nunc per resurrectionem
eius probat resurrectionem
mortuorum. quod ita
constat christum resurrexisse.

Si autem hoc est. scilicet si christus resurrexit a mortuis. quia est efficiens causa
resurrectionis mortuorum. quod predicatur ab omnibus uiris apostolis.

haimo.
Amb.
haimo.
Amb.
haimo.
Aug.
Aug. de gratia et libero arbitrio.
Aug.
Amb.
Aug. sup. io.
Aug.

Amb.
haimo.
Amb.
Aug. de consensu euangelistarum.
Aug. de consensu euangelistarum.
Amb.
Amb.
Amb.
haimo.

14

[illegible]

sed in ipso manet. Et hoc est ipsum in se manentem. Spiritualiter ergo manducat qui in unitate Christi et ecclesie quam ipsum sacramentum significat manet. Nam qui discordat a Christo nec carnem Christi manducat nec sanguinem bibit, etsi tante rei sacramentum ad iudicium suum cotidie accipiat. De hac spirituali manducatione ait Augustinus: Ut quid paras dentem et ventrem? Crede et manducasti. Ideo inter vos etc. Hic per ymaginem iudicii futuri ostendit eos qui inconsiderate corpus domini acceperunt, ut hinc discernentes non multum esse corpus domini inveniuntur accipere, et exemplo illorum territi emendentur qui indigne sumunt. Ideo inter vos multi sunt infirmi febribus et aliis infirmitatibus, et imbecilles longa invaletudine, et multi dormiunt, id est moriuntur morte corporali. Hoc autem fit ad correctionem aliorum. Quod si nos etc. Quasi tanta hec mala ex indigna assumptione veniunt. Sed si ante nostrum tribunal ascendentes accusante cogitatione et teste conscientia nosmet ipsos diiudicaremus penitendo, et in more tanquam carnifice nos torquente, et quasi quidam anime confitentis sanguis per lacrimas profluerit, non iudicaremur, id est puniremur a deo. Nam quicumque se iudicaverint non dampnabuntur. Vertere ergo ante oculos per imaginem iudicii futuri et ascendat homo adversum se tribunal mentis sue et constituat se ante faciem suam, atque constituto in corde iudicio assit accusatrix cogitatio et testis conscientia et carnifex timor. Inde quidam sanguis anime confitentis per lacrimas profluat. Postremo ab ipsa mente talis sententia proferatur ut se indignum homo iudicet participatione corporis et sanguinis domini, ut qui separari a regno timet per ultimam sententiam, ad tempus per ecclesiasticam disciplinam a sacramento celestis panis separetur. Indigne ergo accepit si tunc accepit cum debuit agere penitentiam. Unde prius se iudicet et secundum tempus penitentie se excruciet, ut a se ipso iudicatus non iudicetur a domino. Peccata ergo sive parva sive magna sint impunita esse non possunt, quia vel homine penitente vel deo iudicante plectuntur. Cessat autem vindicta divina si conversio precurrit humana. Unde ait: Si nos diiudicaremus non utique iudicaremur, id est non puniremur vel predictis infirmitatibus vel eterna pena. Sed cum iudicamur, quasi dico non iudicaremur, sed non iudicium [?] pene aliis est utile, quia dum iudicamur his temporalibus penis a domino corripimur, scilicet alios, qui timore pene nostre alii emendantur. In paucis ergo est omnium emendatio. Vel nos ipsi corripimur pena nostra qua iudicamur, id est punimur, quia emendamur, et quia patiuntur pena, ipsa est aliquando purgatio, ut propheta ille a deo qui prohibitus est ab alio propheta comeditur, sicut legitur in libro regum.

Hoc dicit dominus: Quia inobediens fuisti ori domini et non custodisti mandatum quod precepit tibi dominus, et reversus es et comedisti panem et bibisti aquam in loco in quo precepit tibi ne comederes vel biberes, non inferetur cadaver tuum in sepulchrum patrum tuorum. Dictum ergo fuerat illi ut in Samaria predicaret et non ibi comederet, et ipse tamen comedit ibi. Unde interminatur ei dominus per alium prophetam, quia etsi post mortem non est pena, vicit [?] sessorem cadaveris [?], tamen secundum humanum affectum quem habebat ad carnem suam potuit in terreri vel contristari vivus de eo quod non esset ut sensurus mortuus. Per hoc inobedientia prophete puniri potuit, ne ad supplicium traheretur, non ei anima [?] ... in membris [?]. Ut non etc. Quasi ideo dicimus vel corripimur a domino ut non dampnemur cum hoc mundo, id est cum infidelibus. Nam quasi infidelis est qui inconsiderate ad mensam domini accedit. Itaque fratres mei, ne similis pena vos contingat, o fratres mei cum convenitis ad similitudinem dominice cene ad manducandum corpus domini invicem expectate, et veniant donec omnes conveniant, ut non aliorum oblatio in simul celebretur et omnibus ministretur. Sed si quis esurit et impaciens non vult expectare, manducet domi suos cibos, id est pane terreno pascatur, non pro eucaristia sumat. Ideo enim ordinare et suam sententiam faciendum est vobis ut non conveniatis in iudicium dampnationis. Cetera autem, quasi hec tenete que dixi. Cetera autem de eodem vel que ad eundem sacramentum ordinem pertinent cum venero disponam, sed his carere non potestis. Ecce capitulum salutis ordine agendum ostendit, ut si erratur non leve esse probetur. Cetera enim que ad edificationem ecclesie pertinent in adventu suo ordinare promittit. Sequitur: De spiritualibus autem etc. Et est prologus. Docuit qualiter misterium eucaristie celebrari oportet. Agit de donis sancti spiritus, per que maioribus alii superbiebant et minores invidebant et desperabant, quia nunquam haberent de quibus, et indiscrete sentiebant, quia maioribus munera preponebant, ut linguas. Aliqui et spiritui sancto non attribuebant dona que habebant, sed hominibus vel ydolis qui dederunt. Quod disponam, scilicet cum venero. Sed de spiritualibus, id est de donis spiritus sancti, nolo vos o fratres ignorare, quasi ... scientia, sed pax in vos. Scitis autem. Dona spiritus sancti distinguat de fonte singularia omnium illorum, id est de spiritu sancto prius agit et dicens quia omnia bona sunt a spiritu sancto. Premittit scilicet ... dicens: Scitis ut

Aug' in psalmo lxxiij [?]

Aug'

Ambr'

Ambr'

haymo.

Capitulum .12.

quasi dicat: ideo non laudo vos de hoc, quia corpus Domini est quod sumere debetis in eius commemoratione, quod ego a Domino accepi, id est didici, et vobis tradidi. Scilicet Quoniam Dominus noster Iesus Christus in qua nocte tradebatur, scilicet iam imminente passione, in nocte enim passus, id est ad passionem captus, ut doceret ad lucem resurrectionis veniendum. Et tunc in qua accepit panem, et gratias agens de reparatione hominum sicut futura, fregit, unum omnibus dedit, ut in unitate maneant; et dum confregit spontaneam suam passionem ostendit. Fregit autem in sacramento, scilicet secundum quod videbatur; integrum esse a fidelibus credebatur. Et dixit: Accipite et manducate, scilicet ut conformes mihi sitis. Ipsa enim sacramentalis assumptio capitis et membrorum unionem designat, et sacramentaliter digne celebrata. Dixit etiam: Hoc quod aliud videtur est corpus meum, id est substantialiter, quod pro vobis tradetur; nam etsi aliquis non ad salutem accipit, tamen ideo verum est corpus et sanguis quod accipit. Hoc quod dixi facite, id est corpus meum accipite et manducate, in meam commemorationem, id est in memoriam passionis et mortis meae, ut sic possitis sequi me. Similiter, scilicet pro nostra salute et exhortatione, et calicem accepit postquam cenavit, scilicet iam finito veteri pascha, dicens: Hic calix est novum testamentum in meo sanguine, quasi dicat: quod continetur hoc calice est meus sanguis, in quo effuso confirmatur novum testamentum, id est doctrina evangelica, quia testamentum in mortuis confirmatur. Vel est novum testamentum, id est nova promissio non temporalium scilicet bonorum. In veteri enim lege carnalia offerebantur et carnalia iuxta litteram promittebantur. In novo autem verus sacerdos est, victima caelestis est quae offertur, et caelestia quae promittuntur. Testamentum enim novum vel vetus in sacra pagina accipitur, sive doctrina in qua continetur promissio vetus vel nova, sive ipsa promissio. Sequitur: et dicit: Hoc quotienscumque sumetis facite in meam commemorationem, id est in memoriam passionis meae et mortis. Ostendit apostolus ex his istud ministerium eucharistiae non tamquam cenam celebrandum; non cenam esse, sed medicinam enim spiritualem esse, quae cum reverentia degustata purificat devotum, et memoria est nostrae redemptionis, ut redemptoris nostri memores maiora ab eo consequi mereamur. Et quia in morte Christi liberati sumus, huius edendo et bibendo carnem et sanguinem memores esse debemus illius, consecuti novum testamentum, quod est nova lex, quae obedientes se reddit caelestibus regnis. Testamentum ergo sanguine constitutum est, quia beneficii divini sanguinis testis est. Unde ad tuitionem corporis et animae percipimus, quia caro Christi pro salute corporis, sanguis vero pro anima nostra sumitur. Ut effusus est, sicut praefiguravit Moyses dicens: Caro quidem pro corpore vestro offertur, sanguis vero pro anima. Ideoque non manducandum esse sanguinem lex praecepit. Et quia de corpore Domini plenior hic tractatus occurrit, breviter quae de sacramento corporis et sanguinis scienda sunt

Aug. — Ambr.

accepi a Domino quod et tradidi vobis. Quoniam Dominus Iesus in qua nocte tradebatur accepit panem, et gratias agens fregit et dixit: Accipite et manducate, hoc est corpus meum quod pro vobis tradetur; hoc facite in meam commemorationem. Similiter et calicem postquam cenavit dicens: Hic calix novum testamentum est in meo sanguine; hoc facite quotienscumque sumetis in meam commemorationem.

videamus. Itaque Dominus noster Iesus Christus de hoc mundo ad invisibilia paternae maiestatis transiturus, celebrato sacramento veteris paschae, post typici agni esum corpus suum et sanguinem in specie panis et vini tradidit discipulis suis, ut diligentius animadvertendum est. Quare post typici agni sacramentum sui corporis sacramentum et sanguinis dedit apostolis, et quare sub alia specie, et quare sub alia potius quam sub ista, et quare sub ista, quare sub duplici, deinde quare aqua misceatur, post quod a bonis et quod a malis sumatur, deinde quid ibi videtur esse, et si in veritate sit vel non. Sciendum ergo ideo post celebratum vetus pascha Dominum corpus et sanguinem suum dedisse discipulis, ut ostenderet veteris legis sacramenta cessatura, in quibus praecipuum erat agni paschalis sacramentum, et novae legis sacramenta substituenda, inter quae excellit dominici corporis sacramentum. Ideo etiam post alia dedit, ut memoriae discipulorum tenacius infigeretur et ab ecclesia deinceps frequentaretur. Sub alia autem specie ideo tradidit et a fidelibus sumendum deinceps instituit, ut fides haberet meritum, quae non est de his quae videntur. Alia fides non haberet meritum, cum humana ratio praeberet experimentum, et ne abhorreret animus quod cerneret oculus, et ne ab infidelibus nobis insultaretur. In hac autem specie tradidit, quia res huius speciei expressam habet similitudinem cum utraque re huius sacramenti, contenta scilicet et signata, et signata non contenta. Res contenta et signata est caro Christi quam de virgine traxit, et sanguis quem pro nobis fudit. Res autem signata et non contenta est unitas ecclesiae in praedestinatis vocatis iustificatis et glorificatis. Haec est duplex caro Christi, unde Ieronimus: Dupliciter intelligitur caro Christi, vel illa quae crucifixa est et sepulta, vel illa spiritualis atque divina, de qua ipse dicit: Caro mea vere cibus est, et sanguis meus vere est potus. Et item: Qui manducat meam carnem in me manet et ego in eo. Tria igitur in hoc sacramento consideranda sunt: unum quod est sacramentum tantum, alterum quod est sacramentum et res, tertium quod est res et non sacramentum. Sacramentum et non res est species visibilis panis vel vini. Sacramentum et res caro Christi propria et sanguis. Res et non sacramentum est mystica Christi caro. Porro species illa visibilis sacramentum est geminae rei, contentae scilicet et signatae. Sacramentum enim est sacrae rei signum, et species illa utramque rem signat, utriusque gerit expressam similitudinem. Nam sicut panis prae ceteris cibis corpus reficit et sustentat, et vinum hominem laetificat atque inebriat, sic caro Christi interiorem hominem magis ceteris cibis spiritualiter reficit et saginat, quia et sanguis Christi spiritualiter laetificat et sic inebriat ut sobrium reddat. Unde: Calix tuus inebrians quam praeclarus est. Habet etiam similitudinem cum re signata tantum, quae est unitas fidelium. Alia sicut ex multis granis conficitur unus panis, et ex pluribus acinis vinum confluit, sic ex multis fidelium personis unitas ecclesiae constat cuius

Ieron.

sacramentum est corpus Christi proprium quod de virgine sumpsit. Caro sue corpus Christi ex multis mundissimis membris compactum, et ab omni macula peccati immunibus constat, ita unitas ecclesiastica ex multis personis mundis et immaculatis consistit. Unde et in typo facta est archa Domini de lignis Sethim que sunt imputribilia, et albe spine similia. Ecce quid in hac specie dedit. Cum autem totus Christus sub specie panis, totus sub specie vini sumatur, non tamen in una, sed in duabus dedit. Ideo ut ostenderet se totam humanam naturam, id est animam et corpus assumpsisse, ut utrumque redimeret. Panis enim ad corpus refertur, vinum ad animam, quia vinum operatur sanguinem, in quo sedes anime a physicis esse dicitur. Ideo ergo in duabus speciebus celebratur hoc sacramentum, ut anime et carnis susceptio in Christo, et utriusque liberatio in nobis significetur. Ideo vero apponitur aqua, ut ostendatur vita redemptio facta per Christi passionem, vel passio perfecta per nimiam dilectionem. Aque enim gentes humanas significant, unde in Apocalypsi: Aque quas vidisti populi sunt. Igitur quia salus non potest esse sine passione Domini, nec Domini passio sine populi dilectione. Ipse enim nos diligens pro nobis morti se tradidit. Postea videndum est, utrum ab omnibus et malis corpus Christi et sanguis sumatur. Veritatem hic ostendi oportet, verum corpus Christi esse in altari, quod quidam incredibiles negant, quos ipsa veritas confutat dicens: Accipite, hoc est corpus meum. Et sanctorum auctoritates in medium deducere. Ait enim Ambrosius: Ante consecrationem panis est; ubi autem verba Christi operata fuerint, corpus et sanguis Christi efficitur. Item: Sermo Christi, qui potuit ex nichilo facere quod non erat, non potest ea que sunt mutare in id quod non erant? Item Eusebius: Invisibilis sacerdos visibiles creaturas in substantiam corporis et sanguinis sui verbo suo secreta potestate convertit. Item: Et in peccatoribus et indigne sumentibus vera Christi caro et verus sanguis, sed essentia non salubri efficientia. Item: Multi accipiunt corpus Domini indigne, de quibus ait Apostolus: Qui manducat et bibit indigne, iudicium sibi manducat et bibit. Per quod docemur quam sit cavendum male accipere bonum. Ecce enim factum est malum, dum male accipitur bonum, sicut e contrario apostolo factum est bonum, cum bene accipitur malum, id est dum stimulus Sathane ei datur et paciencie potitur. Ecce ex his sanctorum testimoniis liquet verum Christi corpus esse in altari, et vere illud ab omnibus et a malis sumi.

His autem quedam videntur repugnare, que silentio premenda non sunt. Ait enim Augustinus: Boni accipiunt sacramentum et rem sacramenti, mali sacramentum tantum et non rem. Ad quod dicimus: Sacramentum hic appellari corpus Domini de virgine sumptum, rem autem spiritualem carnem Christi, que est unitas fidelium. Boni ergo accipiunt sacramentum, id est carnem Christi propriam et sanguinem, et rem, id est unitatem fidelium, et gratie augmentum. E converso mali accipiunt sacramentum, id est corpus Christi sub sacramento, non rem, id est unitatem ecclesie, id est boni manducant spiritualiter et sacramentaliter, mali non sacramentaliter tantum. Item non manducantes manducant, et manducantes non manducant, id est non manducantes sacramentaliter manducant spiritualiter, et e converso manducantes sacramentaliter non manducant spiritualiter. Ad quod videtur illa collecta pertinere: Perficiant in nobis, Domine, quesumus, tua sacramenta quod continent, ut que nunc specie gerimus, rerum veritate capiamus, id est per hec sacramenta prestita, ut sicut sub specie sacramentali carnem Christi sumimus, ita rei veritate, id est spiritualiter carnem Christi sumamus. Vel aliter: Perficiant in nobis etc., id est per hec sacramenta prestita nobis, ut quem Christum sub sacramento videmus et sumimus, in visione eius facie ad faciem sicut est videamus. Illud quoque huic veritati obviare videtur, quod Veritas dicit: Non hoc corpus quod videtis manducaturi estis, nec bibituri illum sanguinem quem fusuri sunt qui me crucifigent, sed sacramentum aliquod commendavi vobis. Ex his verbis calumpniatores veritatis audaciam sumunt oblatrandi nobis. Quibus ne aliquem errare liceat, illud involutum revolvimus. Non hoc corpus, id est non in hac specie manducaturi estis, sed in sacramento, non morsibus discerptum et laceratum, nec putribile, sed integrum et illesum. Cum autem panis vel vinum a sanctis dicatur et a cunctis fidelibus credatur transire in substantiam corporis et sanguinis, queritur an sit illa conversio an formalis an substantialis. Quod autem formalis non sit, manifestum est, quia forma panis et vini remanet. Utrum autem sit substantialis, perspicuum non est. Quidam enim dicunt sic substantiam in substantiam transire vel converti, ut hec fiat illa, nec tamen illa augetur nec crescit, quod si esset, illa hec dici posset. Alii autem sic dicunt hanc in illam transire vel converti, quia substantialibus accidentibus sub quibus prius erat substantia panis et vini, post consecrationem est substantia corporis et sanguinis, quibus tamen ipsum corpus non afficitur. Nos autem incerta relinquentes, quod ex auctoritatibus certum est profitemur, scilicet substantiam panis et vini in substantiam corporis et sanguinis Domini converti, modum vero conversionis ignorare non erubescimus fateri. De porro autem substantia, que ibi remanent, scilicet color, sapor, forma, pondus, que prius substantie accidentia fuerant, que non ipsum Christi corpus afficiunt, nec in eo fundantur, sed nescio quam ubi fundantur, dicimus nos potius videri quod sint sine subiecto quam in subiecto.

De fractione. Et illa queri solet que ibi fieri videtur, est vera vel imaginaria? Item cum non sit ibi alia substantia quam corpus Christi, si in alia substantia sit, in ipso corpore esse videtur, sed contra. Cum ipsum corpus incorruptibile sit, quia immortale est et impassibile, in ipso non posse esse videtur. Unde et Christus redarguit carnalem sensum discipulorum, qui putabant Christi carnem sicut aliam in partes esse dividendam et morsibus lacerandam. Ideo plures dicunt quod non est ibi fractio, sed videtur tamen. Quibus obicitur quod ait Ambrosius: Nichil falsum putandum est in sacrificio veritatis, vel sicut fit in magorum prestigiis ubi delusione quadam falluntur oculi, ut videatur esse quod non est. Ad quod illi dicunt: Non fallunt nos visus, nec fallitur, quia esset sicut videretur, sicut frangi videtur, nec illusio est, quia ad meritum fidei, non ad deceptionem sic fit. Alii dicunt quod ibi sit fractio non quidem in corpore, sed in ipsa forma panis sacramentali, quod videtur Apostolus velle dicens: Panis quem frangimus. Item Augustinus: Qui Christum manducant vitam manducant, nec quod manducant partes de illo faciunt, et quod in sacramento sic fit. Item: Unusquisque partem suam accipit, per partes manducant, et manet integer. Ecce ex his patet quod integrum et incorruptum corpus Christi manducatur, et si fractio vel particio ibi est, non in ipso, sed in sacramento esse videtur. Alii dicunt quod ibi sit fractio et nulli rei, quia nichil ibi frangitur, sicut et sunt ibi accidentia sine subiecto; sic mirabiliter potest ibi esse fractio in accidentibus vel sine omni re que frangatur. Magnum est hoc et inscrutabile misterium

Marginalia: Corpus in duplici specie. — Aug. — Ambr. de sacramentis. — Eusebius. — Aug. de ... euangelii. — Aug. super ... — Q°. — Respo. — Respo. — De fractione. — Ambr. — Aug.

Amb.
Amb.
Amb.
Aug. de ope monachorum.
Amb.
Amb.
Amb.
Aug.
Jeronimus.
Amb.
Amb.
Aug. de ope monachorum.

quod non ita se habet. vir. i. alter eorum. in christo domino
ut admisso viro mulier excludatur a sa
lute. neque admissa muliere vir exclu
datur. Reddit autem causam quare altero admisso alter
non sit excludendus subdens. Nam sicut mu. de
vi. ita vir per mulierem hoc non mutatur. Vos autem
qui corinthii estis traditionem non servantes quia pseudo
qui super eos successerunt, non dicit. Iam nos. et cetera. Iam
non ex auctoritate sed ex ratione quia neglexerunt
suadet. scilicet ... quod docet. ut velate
sint mulieres in ecclesia. non eas revelatas
esse illi patiebantur. agentes contra sacramentum vela
cionis et ordinem creationis. quod et hoc predicta ita sint.
nos ipsi iudicate. illud an. Decet mu. non
ve. ora. deum. non ipsa natura docet. Natura vos do
cet. Quod. i. quia vir quidem si comam nu. ig. est illi.
hoc secundum legem locutus est. quia prohibitum est viris esse comatum.
Quod si quis opponat de samuele et propheta
tis. qui capita sua non tondebant cogitet quod vir
sit vir illud velaminum mistice et hanc tonsuram.
illud ei velamentum. i. comam secundum id significabat
quod velamen positum super faciem moysi. velamen
lectionis veteris testamenti. Hoc autem tonsura. revelationem evan
gelice gratie signat. Coma quoque samuelis et prophetarum pro
velamine veteris testamenti. olim habita. nunc in revelatio
ne evangelii deponitur. de quo dicit apostolus. Cum autem transie
ris ad christum. auferetur velamen. Mulier vero
si co. nu. glo. est illi. quia ideo gloria est mulieri. quia
illa hoc habet quasi pro velamine. vir subditur. Quoniam
capilli pro velamine. ei dati sunt. Coma ei iudici
um velaminis est. id naturaliter hoc honestum est. ut ve
lata sit mulier et obediat. ut et voluntas addatur quod
ad hoc habet velamen. ut ita se cognoscat et sub
ditam. et ideo gloria est illi. si comam habet. quod illi habet. ad
hoc. et illud ei consentit. ideo vir. non illi comatus est.
quia non est velandus. et lex est prohibens viros esse comatos.
Si quis autem post rationem redditam ut vincat contentio
sos ponit auctoritatem. quia discretione non vinci
tur sed auctoritate. quia non et docet. quod ideo. Si quis
autem vi. con. esse. scilicet qui non vult acquiescere nobis. dicens
quod nos videmus. i. nos apostoli qui de iudeis sumus
non habemus talem consuetudinem. neque ecclesia dei. de aliis gentibus
ad fidem vocata est. i. non in moyses. sed christus. sic
docuit. scilicet ut vir velet caput. et non mulier. Hoc
autem quod dictum est de velandis capitibus. ego pre
cipio observari. auctoritate precepti utitur
apostolus. ut contemptores. Valde enim iniquum est vel

ipsi iudicate. Decet mulierem non ve
latam orare deum.
nec ipsa natura do
cet vos. Quod vir quidem
si comam nutriat
ignominia est illi.
Mulier vero si comam
nutriat gloria est illi.
Quoniam capilli pro vela
mine ei dati sunt.
Si quis autem videtur con
tentiosus esse. nos ta
lem consuetudinem non
habemus. neque ecclesia dei.
Hoc autem precipio. non
laudans quod non in meli
us sed in deterius conveni
tis. Primum quidem conve
nientibus vobis in ecclesia
audio scissuras esse
et ex parte credo.
Nam oportet he
reses esse. ut et qui

le sibi obtemperari a minoribus. et nolle obtempera
re maioribus. Hic ostendit quedam esse de quibus non est dispu
tandum. sed auctoritati precipienti acquiescendum.
Aug. In ante. Hoc autem pre. non. scilicet non disserentis sollertia requi
ritur. sed precipientis auctoritas attendatur. non laudans
et cetera. Postquam egit de velamine capitis. nunc prosequitur
aliud unde eos arguebant. increpat de dominica cena agere
in qua ipsi ad mensam peccabant. quasi quia dictum est de ve
lando et non velando capite precipio vobis et utrumque non lau
dans. sed improbans quia convenitis ad dominicam cenam. non
in melius. scilicet ut deceret. sed in deterius. i. non ad usum profe
ctionis. sed ad detrimentum dampnationis. quod ex pluribus probatur.
ostendit. Primum quidem. ex hoc quod vobis conve. in eccl.
quod exigit unitas caritatis. ut sicut ibi corporaliter
conveniunt homines. ita et spiritualiter. scilicet affectu cari
tatis uniantur. Audio scissuras. i. discordias
esse inter vos. Summa quasi dicendo primum. ostendit quod primum
malum dissensio est. Unde cetera oriuntur. vel quia dissen
sio est nichil rectum est. Aug. Audio scissuras esse inter vos.
et ex parte credo esse ex parte. i. in quibusdam vestrum. quia non est in
utile bonis. Nam oportet. i. utile est. et he
reses esse. sic erant in illis qui dubitabant de resur
rectione. scissure autem erant pro donis spiritualibus. Vi
dens enim diabolus templa demonum deseri. et in nomen li
berantis mediatoris currere genus humanum. movit
hereticos qui sub vocabulo christiano doctrine resisterent
christiane. quia enim in ecclesia christi morbidum aliquid, pravumque
sapiunt si correpti ut sanum rectumque sapiant
resistunt contumaciter. suaque pestifera dogma
ta emendare nolunt. scilicet defensare persistunt. heretici
fiunt. et foris exeunt in exercitibus inimicis. Et hii et sic
malo suo proficiunt veris catholicis. dum deus utitur et
malis bonis. et diligentibus deum omnia cooperantur in bo
num. Omnes enim inimici ecclesie. quolibet errore ceca. vel
malicia depravati. proficiunt. qui si accipiunt potesta
tem corporaliter affligendi exercent eius pacientiam. sive
male sentiendo adversantur. exercent eius sapientiam.
Ab adversario enim mota questio. discendi existit
occasio. multa quippe ad fidem catholicam pertinentia
dum hereticorum callida inquietudine exagitan
tur. ut adversus eos defendi possint. et considerantur
diligentius. intelliguntur clarius. et predicantur instancius.
hereticorum enim genus callidum non spiritu sapiens. sed in
paciencie. dum pacem catholicam probat in usum
cedit proficientium. sed illud. fili eruditus sapiens
erit. imprudente autem ministro utetur. Utamur
quoque et hereticis. non ut eorum approbemus errores.

Aug.
Aug.
Aug. in libro de civitate dei.
Aug. in libro de civitate dei.
Aug. de vera religione.

probati sunt manifesti fiant in vobis. Convenientibus ergo vobis in unum iam non est dominicam cenam manducare. Unusquisque enim suam cenam presumit ad manducandum. Et alius quidem esurit, alius autem ebrius est. Numquid domos non habetis ad manducandum et bibendum? Aut ecclesiam dei contempnitis et confunditis eos qui non habent? Quod dicam vobis? Laudo vos? In hoc non laudo. Ego enim

sed ut catholicam doctrinam adversus eorum insidias asserentes vigilantiores et cautiores simus. Prosunt ergo nobis heretici non verum docendo quod nesciunt, sed ad verum querendum et aperiendum catholicos excitando. Ideo quia divina providentia hereticos esse multos permittit, ut cum insultant nobis et interrogant nos que nescimus vel sic excutiamus pigritiam et divinas scripturas nosse cupiamus. Unde ait: oportet hereses esse. Non vult apostolus nec optat ut hereses sint, sed quia sic futurum est dicit et quia utile est ad quod est utile subdit: ut et qui probati sunt in vobis, id est inter vos. Sicut illi qui dicunt: ego sum Pauli, sed et qui probati sunt in vobis, id est inter vos. Sicut illi qui dicunt: ego sum etc. Manifesti fiant hominibus. Hii enim deo probati sunt qui bona possunt docere, sed manifesti hominibus esse non possunt nisi cum docent. Docere autem nolunt nisi eos qui doceri querunt, sed multi ad querendum pigri sunt nisi per molestias et insultationes hereticorum quasi de sompno excitentur. Hereticus non est qui alicuius temporalis commodi et maxime glorie principatusque sui gratia falsas ac novas opiniones vel gignit vel sequitur. Qui autem huiusmodi credit imaginatione veritatis ac pietatis illusus est. Convenientibus etc. Hic redarguit eos de hoc quod corpus dominicum non eo ordine sumebant quo sumi oportebat. Iam enim prandia vel post prandia eucharistiam sumebant, quod ieiunium potius facere debebant. Hanc autem rei faciende occasionem sumpserant ex eo quod dominus manducantibus discipulis accepit panem et benedixit etc., iam celebrato veteri pascha, quasi dicat: et quia in vobis scissure sunt, ergo convenientibus vobis in unum, quasi si quod de vobis non tam corporum consortio quam glutino cordium. Iam, id est ex hoc solo quod scissure sunt in vobis, non est, id est non licet, manducare dominicam cenam. Vel iam, id est in presenti, hoc dampnum habetis, scilicet quod non est, id est non licet vobis manducare dominicam cenam. In futuro peius erit vobis. Dominica cena dicitur acceptio eucharistie, que non debuit pransis sumi vel mixtis suis cenis, ut faciebant illi quos arguit apostolus, sed ieiunis in honorem tanti sacramenti. Licet enim post cenam dederit discipulis suis corpus et sanguinem suum, non ideo tamen calumpniandum est universe ecclesie quod a ieiunis semper sumitur. Ita salvator quo vehementius commendaret misterii illius altitudinem ultimum hoc voluit infigere cordibus et memorie discipulorum, a quibus ad passionem digressurus erat. Quo vero autem ordine deinceps sumeretur apostolus, per quem ecclesias dispositurus erat, servavit docendum. Unusquisque enim etc. quasi ideo non licet vobis manducare quia unusquisque enim

contempnentium autem dominicam cenam presumit non ad erogandum pauperibus, sed ad manducandum cenam suam. Et alius quidem esurit, cui nichil datis, alius quidem ebrius est cum sobrii esse debetis. Quod vehementer arguit eos qui inpransi sumebant corpus domini et de prandio suo luxurioso nichil tribuebant esurientibus, et hoc faciebant de ecclesia. Numquid etc. quasi cenam vestram manducatis, autem dominicam non pauperibus tribuitis. Sed numquid non habetis domos ad manducandum ibi, quod in domibus potius hoc esset faciendum? Aut ecclesiam dei, id est domum orationis, contempnitis, quasi quod ibi facitis illicitum non putatis, et confunditis, id est erubescere facitis, eos qui non habent unde vos facitis. Nota quod ecclesia homines sunt, de quibus dicitur: ut exhiberet sibi gloriosam ecclesiam. Hoc tamen nomine vocari ipsam domum orationis apostolus testatur dicens: Aut ecclesiam dei etc. Et hoc cotidianus usus loquendi obtinuit ut in ecclesiam prodire vel confugere non dicatur nisi qui ad locum ipsum parietesque prodierit vel confugerit, quibus ecclesie congregatio continetur. Vel aliter potest legi: Unusquisque enim etc. Notat illos qui munera que offerebant altaribus resumebant et aliis non habentibus communicari sinebant. Offerebant enim divites panem et vinum habundanter, ut benedictione et consecratione sacerdotali sanctificaretur et dominici corporis et sanguinis sacramentum conficeretur. Post celebrationem vero sacri misterii et consecrationem panis ac vini suas oblationes vendicabant et aliis non communicantes soli sumebant ut etiam inebriarentur, aliis esurientibus, quasi ideo non licet vobis manducare dominicam cenam quia unusquisque suam, id est propriam, ad manducandum sumit, id est resumens totum quod obtulit, et alius quidem esurit, alius autem ebrius est, et agitis contra significationem et ordinem sacramenti, quod cunctis enim oblatum totum ipsis sit, id est cunctis communicari debet. Quia in uno pane omnes significantur, pro id omnium unum de uno sumi oportet. Hos ergo notat qui in ecclesia non cum unitate suas oblationes cum dissensionis, quas pseudo seminaverant, vendicabant. Tantas enim dissensiones inter eos pseudo seminaverant ut suas zelarent oblationes et vendicarent, cum una eademque prece omnium oblationes benedicerentur. Et hoc ita faciebant ut etiam cum offerrent non habentes pudore confunderentur non sumentes, et hoc tacito agebant ut supervenientes nichil invenirent quasi ... ideo sic agenda dicit que in ecclesia, subdens: Numquid domos etc. quod patet usque ibi. Quid dicam etc. quasi hec facitis, quid dicam vobis? Non invenio quod dignum sit vobis. Laudo vos in aliis, sed in hoc non laudo, id est in hoc nichil laudabile invenio in vobis. Vel ita distingue: Laudo? non, id est hoc utique non laudo, sed ut corrigat de errore suo formam que a Christo ipsi data est tradit subdens: Ego enim.

Ambr.
Ambr.
Aug. contra Manicheos.
Ambr.
Aug. de utilitate credendi.
Aug. in libro de [illegible]
Aug. ad Ianuarium.
Aug. in libro [illegible]
Aug. [illegible]
Aug. [illegible]
Aug.
Aug. in libro [illegible]
Ambr.
Ambr.
Ambr.
Ambr.
Ambr.

ad turpitudinē ac si decaluet̄. Nam si nō
uelat̄. q. ū uelata, id ē hr̄ ac si decaluet̄. q. tlic
timet, qr aut decaluabit̄. aut tondebit̄. q. ɔstat
eā nolle. Th̄ ita art. Nā si ū. ue. mu. ton. Si ū
.q. mulier ū uelata decaluet̄. l'. t tondeat̄. s; si
tpe ē. mu. tod̄, ac decaluari. ue. ca. su. Vir q̄dē
q̄ maior ē. ū deb; ue. c. s. i. signū subiectōnis hr̄e. q. ū
sit lib' ad dm̄. Velam̄ h̄ intellend' ē. ū oē s; q̄dā q̄
utebant̄ antiq̄. t adhuc t inuenit̄ p̄liq. alicubi.
q̄ totū cap̄ obuoluebat̄. t ē pene sīle uelamini
mulierū. Qm̄ t ē. q. uir ū deb; uelare. t honor
obstat ne uelet. Qm̄ uir ē y. t g. dī. q̄ ū deb; ab
scondi. Jugg'tiui. s. ē. ymago t gl'a dī. celet' q̄ ui
det̄ minuto. Vir s. ad ymaginē dī fc̄s ē. ū mulier
s; q̄' ymago dī minuto. h. s. q. uni ē d's. uni fc̄ hoīē
ut sic ex eo oīa facta s̄t. sic ex isto oīs hoīes ēent.
ū uiq̄ dī inuisibil'. uni hō uisibil'. ymaginē ḡra
uit. s; ut uni d's uino hoīe. auctoritatē uni p̄n
cipij uidet̄ ɔseruare ad ɔfusionē diabli. q̄ negle
cto uno dō s' dñiū usurpare uoluit. Jn ḡ uir ē
ymago dī. q̄ sic ex dō s̄t oīa. sic ex adā oīs hoī
nes. t sic ɔseruat auctoritatē p̄ncipij. q. ab uno
dō s̄t oīa. ɔ illū. q̄ d's ēē uoluit. Vl' in h̄ hr̄ silitudi
nē dī. q̄ sic de late x̄. in morte dormientis ongo e
cūe fluxe. s. sanguis. t aq̄. q̄b' signat̄ sacr̄ta. p̄ q̄ sal
uat̄ eccl'ia. sic de late ade nata ē s' sponsa. q̄ inde
sūpta ē costa de q̄ formata ē eua. t sic x̄. p̄est ec
cl'ie eccl'iā. t eccl'ia subseruit ei. ita uir p̄ē. t regit
mulierē. t io ū hāt uir signū subiectōis. s; libertatis
t p̄latōis. t gl'a dī ē uir. q̄ ex eo ē. t q̄ dm̄ p̄ncipa
lit̄ glificat. Mulier aūt gl'a ē ui. ex q̄ ipa ē. t ei
subseruit. Vl' uir dr̄ ēē ymago dī. q̄ p̄ncipalit̄
creat' ē ad ymaginē dī. inq̄ uir amplig. ei mul
ier iniger tō. q. ipe sit tō. Tam de diligent̄. q. h̄ dr̄
hō. ymago dī. t in genesi legit̄. fact' ad ymaginē dī.
ū dr̄. faciam' hoīē ad ymaginē t silitudinē nr̄ā
t nota t g. p̄lalr̄ dictū ē. faciam'. nr̄ā. q. ū ex
relatis accipi ū oportet. s; cū intelligend' ē. ū fa
ciunt dij. ūsint ad ymaginē deoꝝ fc̄s. s; ut faceret
pat̄ t fil. t s. s. ad ymaginē patr. t f. t s. s. ut subsi
steret hō. ymago dī fc̄s ē. s; q̄ ū oīo ēq̄l' fiebat ita y
mago dī. tā q̄ ū ab illo nata. s; ab eo creata. h̄ rei
signa de eā ita ēē ymago dī dr̄. ut ad ymaginē fa
ct' ēē. ū silear̄. q̄ ū ē ei ēq̄l'. s; q̄dā silitudine acced̄.
ū s. locoꝝ int'uallis s; silitudie acced̄r ad dm̄. t dis
silitudie reced̄r ab eo. hō ḡ ē sit imago p̄ imparem
silitudinē dict' ē. t ad ymaginē dī fc̄s. fili aūt ima

Nam si nō ue
lat' mulier et
tondeat'. Si ū
tpe ē. mulieri
todi. aut decal
uari uelet cap
suū. Vir q̄dē nō
deb; uelare cap
suū. q̄m ymā
go t gl'a dī est.
Mulier aūt gl'a
uiri ē. Nō eni
uir ex muliere
ē. s; mulier ex
uiro. Etenī ū
ē creat' uir p̄p̄t
mulierē. s; mu
lier p̄p̄ uir̄. Ide
o deb; mulier
uelam̄ hr̄e sup
cap̄ p̄p̄ angl'os

go patrs ē. t in ad ymaginē inq̄nt d's ē. q̄ e
ēq̄l' ē patr. e soli' ymago ē. hō aūt ymago tm
unis ē. t ad ymaginē. Vn. fec' d's hoīē ad y
maginē suā. ut sic' d's p̄ē oīb' creaturis. p oī
potētiā. sic hō uniūsis aīalib' t'renis p in
tellentiā p̄ēēt. t ipe ē gl'a dī. ē dī sapiā. seq̄r.
Mulier aūt. g. ē. ui. q̄ facta ē mulier in ad
iutoriū uiri. ū ad carnalē ɔcupiscētiā. q̄a
ū corruptibilia corpa ēē habebāt. aūg. cor
ruptibilitas inuader. s; ū hr̄e uir gl'am de
ea. ē ei p̄iret ad dm̄. t se ei daret imitand' sēta
re. sic' ipe ēēt gl'a dī. ē ei sapiā seq̄ret̄. Vn sub
dit. Non. s. t ē. q. mulier ē gl'a uiri. ū uir
ei. q. ostendit ordo creatōis. q̄ ū ē uir. s. adā.
ex muliere. s. eua. s; mulier. s. eua. ē ex ui
ro. s. adā. t alia rō ē. e mulier ē gl'a uiri. Et
eni. i. q̄ ū ē creat' uir. s. adā p̄p muliere. i. in
auxiliū eue. s; mulier. i. eua p̄p uir̄. i. in ad
iutoriū uiri. i. Ideo. s. ut ostendat̄ muli
er subta uiro. t q̄ p̄ eā p̄uaricō cep. deb; mu
lier. hr̄e po t uelam̄ sr̄ cap̄. ut nō hāt capt li
ber̄ in eccl'ia. s; uelamine tectū. t h̄ p̄p angl'os
. i. p̄p reūentiā sacdotū. q̄ int̄ dī s̄. ut sic' aūt
iudicē dm̄. ita aūt uicariū ei' sacdotē sit subta
uiro. Vl' p̄p angl'os. s. ne sacdotes in ei' facie
inspicientes incitet̄ ad libidinē. Alit̄ ab il
lo loco. Qm̄ ymago. t ē. Apl's dic. q. uir ē yma
go dī. t io uelam̄ capitis ei demit. q. mulie
ri adhibend'. monet. q̄ ipa ū ē ymago dī
s; q̄d dicent' adh̄. cur t mulier ū ē ymago
dī. uid' inq; ēē ɔtriū illi. q. in genesi dr̄.
fec' d's hoīē ad ymaginē dī. fec' eū. masclm
t feminā fec' eos. Quom̄ ḡ uir ē ymago dī
ut ū uelet cap̄. t ū mulier. ū uelet. s; cre
do h̄ ēē in ū h'iane uitis. q. dic' apl'e. t im
stice loq̄r. de uelamē. Alit̄. s. ū alig̃ secrī
referat̄. manē ē q. dr̄. Sic' s. ū solū uaetri
ina tō. s; t ipi' apli declarat auctoritas. hō
fc̄s ē ad ymaginē dī. ū sc̄d formā corpis. s; s
rōnalē mētē. inq̄ dr̄ renouari in agnitōne
dī. ab eod' aplo. Renouamini sp̄u mētis u're.
t ind. n. hō. q̄ sc̄d. d. c. ē. t alibi. Induite nouū hoīē. q̄ renouat̄ in ag
nitōe dī. sc̄d ymaginē ei' q̄ creauit eū. Si ḡ sp̄u mētis u're renouam'. t ipe
ē nouus hō q̄ renouat̄ in agnitōne dī sc̄d ymaginē ei' q̄ creauit eū. null
li dubiū ē hoīē ēē fcm̄ ad ymaginē dī. ū sc̄d corp'. neq; sc̄d q̄mlib; ai
p̄tē. s; sc̄d rōnalē mētē ū. p̄. ēē. agnitio dī. ū in illo sex' ē. s. in sp̄u mētis
s; ubi ē ubi femina ē uiro. t mulier cū uiro. i. tota illa sūba. una est

Margin notes (left): Ambros. · Amb. · haimo · Amb. · Amb · Aug. in libro de trinitate.

Margin notes (right): Aug. de ... · Amb.

Aug. super genesim. — Aug. de trinitate.

imago. quia natura ipsa humana ad imaginem dei facta est et imago dei est, cum ipsa tota est imago dei. quia in utroque sexu imago dei completur, ad quam imaginem femina non separatur. Sic enim agitur renovationis et reformationis ne ab imagine dei excludatur. Sic utique mulier mentem suam rationalem, secundum quam ipsa facta est ad imaginem dei, [illegible] ergo feminam alienat a consortio imaginis, quam in ipsa prima conditione hominis habebat mentem rationalem, secundum quam et ipsa facta est ad imaginem dei. Fecit ergo deus hominem ad imaginem suam. Hoc utique secundum spiritum [illegible] intelligitur. Fecit deus hominem ad imaginem dei, et ne quisquam putaret solum spiritum hominis factum, in quo imago dei est, subiunxit: masculum et feminam fecit eos, hoc secundum corpus ut duo esse discernerentur. Secundum sexum est per quem singulare unum possit propter coniunctionis unitatem. Ut ergo in animis eorum communis natura, sed in sexu corporis significaretur distributio mentis. Est enim pars mentis eminens, que se extendit in id quod eternum est contemplando veritatem. Hec est imago dei, que eternis rationibus conspiciendis vel consulendis adherere, ideo non est cohibenda velo, ut se in his contineat. ideoque vir non debet velare caput. Est et alia pars anime inferior, que derivatur ad actionem temporalium rerum quadam [illegible] et sic ipsa anima vel mens ex qua parte consulit veritatem et conspicit est imago dei. ex qua vero intenditur ad agenda ista inferiora non est imago dei, quia ubi in his rebus corporalibus et temporalibus, quia periculosa est nimia in inferiora progressio. Ideo habet potestatem super caput, quod cohibeatur, quod indicat velamen capitis mulieris. Quicquid ergo ad totum virum pertinet imago dei est, quod non ad eam solam pertinet, que ei in adiutorium tribuitur, non est imago dei, quia non est imago dei, non quod inheret incommutabili veritati. Sed in eo vero significat apostolus dicens virum tantum esse imaginem et gloriam dei, mulierem autem gloriam viri. Hoc ergo quasi in duobus hominibus diversi sexus significatum sit, tamen in eodem uno interiori homine intelligitur, cuius superior pars, id est ratio, vir dicitur, que regere debet sensualitatem. iste vir est imago dei, quia inheret contemplande incommutabili veritati, et gloria dei, dum ratio subiugat sibi sensualitatem, quod est ordinatissime fit. Est caput viri Christus est. Mulier autem gloria est viri. Mulier est ipsa sensualitas, que bene significatur per mulierem, quia instituta [illegible] prevaleret, que subserviendo gloria est rationis. Ideoque dicitur: non est bonum hominem esse solum. Addit enim: bonum erat ut fieret, ut non solum anima dominaretur corpori, quod servilem locum obtinet, sed et virili ratio subiugaretur etiam animalem partem, ut appetitum anime, per quem voluptates corporis operamur. Habet mens interior tanquam virilem rationem subiugatam. Sic debet vir feminam regere, nec eam permittere dominari in virum. Quod si animalis pars, ut illa rationis portio cui delegata est ministratio temporalium, immoderato progressu nimius in exteriora prolabitur, consentiente capite suo, scilicet ratione, id est non eam cohibente atque refrenante, illa que in specula consilii presidet virili portione perversa est, et misera domus, ubi mulier dominatur in virum. [illegible] quia interior homo vir [illegible] suos immundos spiritus, scilicet demones. [illegible] quia visio ab ipso et viro et coniuge ad instar primorum parentum vetitum manducantium subtrahitur, ut lumen oculorum eius non sit cum illo, et sic ab illa illustratione veritatis mox ambo nudati apertis oculis conscientie ad videndum quam indecori et inhonesti sunt, tanquam folia dulcium fructuum sine ipsis fructibus, id est sine bonis operibus bona verba contexunt, ut male viventes bene loquendo turpitudinem suam contegant. Hec itaque disputatio, que in mente uniuscuiusque hominis [illegible] quoddam rationale coniugium contemplationis et actionis officiis per quedam singula distributis, tamen in utroque mentis unitate servata, ad hoc tamen audienda est, ut insinuat apostolus imaginem dei viro tantum tribuendo, non et femine, quamvis in diviso sexu duorum hominum aliquid tamen significare voluisse, quod in uno homine quereretur. Non enim quod mulier, id est sensualitas, est gloria viri, id est rationis, de qua non est vir. Non est enim vir, id est ratio, ex muliere, id est sensualitate, vel a sensuali portione regitur rationalis, sed mulier, id est sensualitas, est ex viro, scilicet ut ab eo regatur, ac si diceret: distributio utriusque indicat ut quod spirituale est regat illud quod animale est, et non econverso, et sic decet. Etenim quod creatus non est vir, id est rationalis, propter mulierem, scilicet ut serviat sensualitati, sed econverso mulier propter virum, id est sensualitas, ut subserviat rationi. Ideo mulier debet habere velamen super caput, scilicet ad hoc significandum quod sensualitas debet subici rationi. Propter angelos. Gratia est et sanctis angelis, id est sacerdotibus, vel propter significationem, nam deus non ad tempus videt, nec aliquid novum est in eius visione vel scientia, cum aliquid temporaliter vel transitorie geritur, sicut inde afficiuntur sensus vel carnales hominum vel angelici vel celestes angelorum.

Aug. de trinitate.

Beda in omelia quadam dicenda in pascha.

Angelici et spiritus nobis adesse credendi sunt, maxime cum divinis mancipamur obsequiis, id est cum ecclesiam ingressi vel lectionibus sacris aurem accommodamus vel psalmodie operam damus vel orationi incumbimus vel missarum sollempnia celebramus. Ideo apostolus monet mulieres habere velamen propter angelos. Non dubitari licet, ubi corporis dominici et sanguinis mysteria geruntur, supernorum civium adesse conventus, qui monumentum, quo venerabile corpus positum fuerat et unde resurgendo abcesserat, tam sedulis excubiis servarent.

Verumtamen neque vir sine muliere neque mulier sine viro in domino. Nam sicut mulier de viro ita et vir per mulierem. Omnia autem ex deo. Vos

Verumtamen, quasi quamvis in primis, id est in prima conditione, non sic vir de femina sed econverso, verumtamen in subsequenti generatione non est hoc, quia neque vir sine muliere est neque mulier sine viro in domino, scilicet secundum dominum, id est secundum operationem domini, nunquam alter sine altero nec creatur, quia et si primitus creati sunt ex uno ambo, id est ex una tamen, quia mulierem de viro formavit et ambos in [illegible] unam fecit, id est quasi unum sunt confirmat. Nam sicut mulier, prima scilicet, de viro facta est, ita vir postea nascitur per mulierem. Omnia autem, scilicet corporalia et animalia utriusque, ex deo auctore sunt. Hoc ideo dicit, ut neque mulier de subiectione doleat nec vir de exaltatione superbiat. Vel ita: Verumtamen, quasi licet per mulierem prevaricatio ceperit et viro subiecta sit, verumtamen neque vir sine muliere neque mulier sine viro est in domino, id est in fide Christi. Postquam commendavit singula, dixit: vel omnia deo uni principio subiecta. Addit: Omnia autem.

Ambrosius.

Amb.

hoc facere videtur illi emulari, invidere domino regnum ei diminuentes. Qui est scandalo fratri in comedendo ydolothita imitatores diaboli zelo, id est invidie. Sathanas ydolatriam invenit ut homines negando Deum ydolis servirent et cultum ei debitum perderet. Sic isti videntur zelare Deum. Tamen male cedet eis et non fortiores eo sunt. Item subdit: Numquid fortiores illo sumus, ut valeamus resistere ei? Non. Omnia mihi licent. Nisi illos peccare dicam qui comedunt ydolothita, non tamen dico non licitos esse hos cibos, quia omnia mihi licent. De his dicit que ad escam pertinent. Sed non omnia expediunt, id est adiuvant me in cursu, sed magis impediunt. Deinde idem alterum iterans dicens: Omnia mihi potestate libera et doctrina legis naturalis. Omnia enim secundum legem naturalem licent, quia omnia munda sunt. De cibis enim et carne ydolis immolata hic agitur. Ideo recte ait licent, id est precepto Domini nullo prohibentur. Vel omnia mihi, non quia omnia liceant et illicita, sed exponamus omnia licent. Sed non omnia edificant proximos, ut quis frater dum comedens ydolothitum scandalum facit proximo. Ideo Nemo querat quod suum est, id est quod sibi tantum aliquid utile est, sed quod alterius. Ideo quia alicuius aliquid expandendum est ut prosit aliis, et quia omnia licita sunt, nichil est interdictum, semper eis determinat quorum liceat edere vel non edere dicens: Omne quod in macello venit, id est vel venditur, manducate, si vultis, nichil interrogantes, scilicet an immolatum sit vel non, vel sit hic. Et hoc propter conscientiam ad fratris infirmi. Dico manducate omnia, quia quod licet potestis facere, quia auctoritate veteris Domini est terra et plenitudo eius, id est omnia quibus terra impletur. Immo et per te mundum quod Domini est terre. Si quis autem infidelium vocat vos ad convivium et vultis ire, omne quod vobis apponitur manducate nichil interrogantes propter conscientiam. Si quis autem dixerit: hoc immolatum est ydolis, nolite manducare. Quare? Non quia immundus sit cibus, sed propter illum qui indicavit, ne credat te manducare sub veneratione ydoli et glorietur in superstitione sua, quia quod ydolis servierit glorabitur, qui veneretur ydola, et confirmabitur in errore suo, qui videt te libenter appetere ydolothitum. Et fratribus malum dat exemplum. Hic de sapientibus loquitur, qui contempnentes ydolum, quia nichil est, manducabant de sacrificio, et scandalo infirmorum. Dico propter illum et propter conscientiam aliorum, scilicet ut mox determinat dicens: Conscientiam autem dico non tuam, que firma est, sed alterius, scilicet infirmi.

Aug. Amb. Aug. Amb. Amb. Amb. Amb.

Numquid fortiores illo sumus? Omnia mihi licent, sed non expediunt. Omnia mihi licent, sed non omnia edificant. Nemo quod suum est querat, sed quod alterius. Omne quod in macello venit manducate nichil interrogantes propter conscientiam. Domini est terra et plenitudo eius. Si quis vos vocat infidelium et vultis ire, omne quod vobis apponitur manducate nichil interrogantes propter conscientiam. Si quis autem dixerit: hoc immolatum est ydolis, nolite manducare propter illum qui indicavit, et propter conscientiam. Conscientiam autem dico non tuam, sed alterius. Ut quid enim libertas mea iudicatur ab alia conscientia? Si ego cum gratia participo, quid blasphemor pro eo quod gratias ago? Sive ergo manducatis sive bibitis sive aliud facitis, omnia in gloriam Dei facite. Sine offensione estote iudeis et gentibus et

Ut quid enim, id est quare, quod pro alio dimittendum est, que si aliter faciem de licito damnabitur a ceteris, et de actione gratiarum vituperarer ab impiis, qui putarent me sentire ydolum aliquid magnum esse, quod non contigat magno opere cavendum est. Ut quid enim libertas mea iudicatur ab alia conscientia, id est cur ita ago ut de eo quod libere licet dampner propter alium, qui me aliquid suspicatur impium, que est ab ydoli devotione conscientia mea sit libera. Quod opus est ut putet eam venerationis esse, iudicium et non distare ab ydolatria. Si ego cum gratia, id est agendo gratias Deo, participo, id est edo, quid blasphemor, id est cur cado in blasphemiam aliorum, pro eo quod gratias ago, id est quia hec mala contingunt mihi. Sive ergo manducatis sive bibitis vel aliud quid facitis, omnia in gloriam Dei, id est in laudem Dei, scilicet cum invocatione trinitatis, ut in actibus vel in gratiarum actione vestra laudetur Deus. Si enim hec recte fiunt, laudes Dei sunt. Non solum ergo vox tua sonet laudes Dei, sed et opera tua concordent cum voce tua. Cum enim voce cantaveris, silebis aliquando; vita sic cantas ut numquam sileas. Si enim ore clamas et fraudem cogitas, siluisti a laude Dei, et quod gravius est, in blasphemiam prorupisti. Cum enim laudatur Deus de bono opere tuo, laudas Dominum, et cum blasphematur Deus de malo opere tuo, blasphemas Dominum. Si ergo quando manducas et bibis ad refectionem corporis sumis reparationem membrorum, gratias agens ei qui prebuit mortali et fragili ista supplementorum solatia, cibus tuus et potus laudat Dominum. Si vero modum nature debitum immoderata voracitatis excedas et temulentia te ingurgites, quantaslibet laudes Dei lingua tua sonet, se quitur. Et sine offensione estote iudeis, qui abhorrent ydola, et gentilibus, qui sic non arguuntur, sed in suo errore firmantur, et ecclesie Dei, quantum ad infirmos qui sunt in ecclesia, quibus fiunt offendicula dum eorum exempla adherent his que inimica sunt Deo. Estote, dico, ut placeatis omnibus. Sicut et ego, qui per omnia omnibus placeo sine scandalo cuiusquam agens. Hic est enim omnibus per omnia placere, sine scandalo cuiusquam agere ad profectum aliorum, ut et illis et huic sit utile. Ambrosius de

Aug. Aug. p. ch. Aug. Amb. Aug. Amb. Amb. Amb. Aug. Aug.

ecclie di.

quod hic ait. Omnibus placeo. Alibi enim ait.
Si hominibus placerem christi seruus non essem. placere
autem dixit. querit in seipso est. id est querit ad eius uolunta-
tem pertinet. ac si diceret: si placere uellem. si place-
re quererem seruus christi non essem. Qui autem hominibus placet propter
ueritatem iam non ipse illis sed ipsa ueritas placet. Si
homo propter seipsum placet. id est propter priuatam et propriam gloriam
placere querit. superbia est. et ideo non placet. Cum autem
propter ueritatem hominibus placet. non iam homo sed deus placet
utrique. Ergo recte dicit paulus: et ego placeo et ego non pla-
ceo. Sed si adsit bonus intellector piusque pulsator
patebit utrumque et nulla inter se repugnantia re-
pellet intuentem. Illud et non moueat quod dicit placeo
omnibus. Numquid placebat persecutoribus suis? Sed pla-
cebat omni generi hominum. quod christus congregabat ecclesia
siue iam intus positis. siue intrandis in eam. et ut
ostendat quod propter ueritatem placet addit. non querens quod
mihi utile est sed quod multis. et non aliquid tamen utile quero
sed ut salui fiant. Imitatores mei. quod dico ut si-
tis sine offensione. et mihi ut nullum offendatis. I-
mitatores mei estote sicut et ego christi. ita per me eritis i-
mitatores christi qui nullum offendit sed omnes saluare
uenit. In ecclesia namque quod fit ordinatim maiorum et
minorum. ut illi exemplo precedant. hii non imita-
tione sequantur. Sed et illi qui exemplo precedunt numquid ne-
minem sequuntur? si neminem sequuntur errabunt. sequuntur ergo et
illi aliquem id est christum. Laudo autem. Hic agere incipit
de uelationibus in quibus arguit illos suas traditiones
non seruantes. quia illorum aliqui uiri uelato capite.
et aliqui mulieres non uelato capite orabant aut
prophetabant. Unde succensus eis apostolus. quia cum esset eis
apostolus immemores erant traditionum eius. quia de aliis
culpo uos. sed de hiis laudo uos o fratres. et si de aliis
culpo. tamen de hiis laudo quod per omnia estis memores mei
id est mee auctoritatis. et mea precepta tenetis. tamen perfecte
sicut tradidi uobis. Yronia est quod sic loquitur eis apostolus. quia non eius
traditionem seruabant. nec eius auctoritatem sequebantur
et ... qui nouerat traditionem illius dicens. Uolo autem quod
non tenetis precepta mea. Uolo autem uos scire o fratres.
quod ad utile ad sequentia quod uos non attenditis. scilicet
quod christus est caput omnis uiri id est dominus. qui est non esset per eum cre-
atus est. Caput autem mulieris est uir. quia ex eius costa scilicet
dei uirtute formata est. ideo debet subici uiro
de quo per christum facta est. Caput uero christi est deus pater. quia
ab ipso genitus est. dignum ergo est ut filii caput pater di-
catur. quod genitor eius. una ergo dictio diuisam habet in-
telligentiam. Aliter. ideo dicitur christus caput uiri. aliter uir caput

ecclesie dei. sicut et ego
per omnia omnibus placeo
non querens quod mihi uti-
le est sed quod multis ut
salui fiant. Imita-
tores mei estote si-
cut et ego christi. Laudo
autem uos fratres quod per omnia
memores mei estis
et sicut tradidi precepta
mea tenetis. Uolo
autem uos scire quod omnis
uiri caput christus est. Caput
autem mulieris uir.
Caput uero christi deus.
Omnis uir orans aut
prophetans uelato capi-
te deturpat caput suum.
Omnis autem mulier o-
rans aut prophetans non ue-
lato capite deturpat
caput suum. Unum est enim
ac si decaluetur.

mulieris. aliter deus caput christi. uel nomine uiri intellige
hic spiritum. non ille spiritus sanctus qui cum patre et filio incommu-
tabiliter manet. et dignus omnis incommutabiliter da-
tur. sed spiritus hominis. qui quasi anime maritus animalem affectio-
nem tamquam coniugem regit. de quo dicit apostolus. nemo scit
que sunt hominis nisi spiritus hominis. de quo et dominus ait mulieri
samaritane. Uade uoca uirum tuum. hic ergo spiritus
est presens et id est intimus est et se pietate subicit deo in-
tellectu spirituali quo diuina luce sapientie illustratur. huius
uiri christus caput est qui spiritus hominis regitur a sapientia dei quod christus
est. Uel sicut in capite sunt omnes sensus corporales ita
in christo sunt omnes sensus spirituales id est plenitudo
gratie de qua accipit uir iste. per hoc autem est uir caput mu-
lieris id est rectus affectus quo regitur a spiritu tamquam mu-
lier a uiro. Caput uero christi est deus pater. quia filius a pa-
tre est. id est de patre. non pater a filio uel de filio. Ille hoc
principium. unde et caput eius dicitur. et christus principium sed non
patris. hic non illius ymago. nulla ex parte dissimilis.
et ideo equalis. filius patri debet quod est. et hoc quod patri equalis est.
et quia principium est. pater non ulli debet quod quid est. Uel dei
nomine hic intelligitur trinitas. Sed si deus omnia sibi tria. hic in-
telligitur quorum caput christus est deus. id est caput christi est trinitas. cum
in trinitate sit christus. non sit trinitas. Aug. pater est cum
filio et spiritu sancto caput eius quod est solus filius. Cum filio ergo
et spiritu sancto pater deus est. filius autem solus homo factus est. secundum quod
humanitatem eius et maior eo est pater et spiritus sanctus. hic dicitur
quia quod illi est patre et spiritu sancto unum est caput sit hominis
mediatoris quod ipse solus est. ... recte dominus
principale hominis id est qui caput humane sub est. est ipse ho-
mo est unite sit homo. est non nostro congruentius uerbum est patre
sibi deus. dicitur esse caput christi quam nisi christus homo. non est uerbo quod
caro factum est intelligi non possit. Est ergo deus id est diuina
essentia uel trinitas. Caput christi secundum quod homo. quia diui-
nitas in ipso creatrix caput est creature assumpte.
hac uero ratione non potestas filii minuitur sed natura
predicatur. Omnis uir. qui et ipse uiri caput christus est. sine alio
mediante. quia christus deus. ideo insignum libertatis. Uir
non debet habere uelum quod est subiectionis signum. quia uir
dicitur et potens et sapiens. Uir orans aliquid a deo.
aut prophetans id est scripturas reserans. uelato capite
qui non sit liber uideatur. deturpat caput suum. id est christum. est ei
illud facere uelato capite. In aliis et non oportet est po-
test uelare. sed non dum suo iudici se offert. et collo-
quitur. non conditionem suam necesse est prodere. Omnis autem
mulier. o. que inferior est et subdita uiro. quia uir caput
est mulieris orans aut prophetans non uelato capite. scilicet sine signo subiectionis quod debet
uiro. quia nec sic mediatrix non ad deum. deturpat eam suum et uirum. Unum est enim. id est tamen deus est.

Aug. in libro ... lxxxiii.

[illegible]

Aug. in eodem.

Aug. de trinitate.

Ambr.

Amb. Aug. Amb. Aug. Amb. Amb. Amb. Amb.

hoc facere videtur illi emulari ... [illegible]

Numquid fortiores illo sumus? Omnia mihi licent, sed non expediunt omnia. Omnia mihi licent, sed non omnia edificant. Nemo quod suum est querat, sed quod alterius. Omne quod in macello venit manducate, nichil interrogantes propter conscientiam. Domini est terra et plenitudo eius. Si quis vocat vos infidelium et vultis ire, omne quod vobis apponitur manducate, nichil interrogantes propter conscientiam. Si quis autem dixerit: Hoc immolatum est ydolis, nolite manducare propter illum qui indicavit, et propter conscientiam. Conscientiam autem dico non tuam, sed alterius. Ut quid enim libertas mea iudicatur ab alia conscientia? Si ego cum gratia participo, quid blasphemor pro eo quod gratias ago? Sive ergo manducatis, sive bibitis, sive aliud facitis, omnia in gloriam dei facite. Sine offensione estote iudeis et gentibus et

quod hic ait. Omnibus placeo. Alibi vero ait. Si hominibus placerem Christi servus non essem. Placere autem dicit quantum in se ipso est, id est quantum ad eius voluntatem pertinet. Ac si diceret: si placere vellem, si placere quererem, servus Christi non essem. Qui autem hominibus placet pro veritate, iam non ipse illis, sed ipsa veritas placet. Si homo pro se ipso placet, id est pro privata, et propria gloria placere querit, superbia est et ideo non placet. Cum autem pro veritate hominibus placet, non iam homo sed deus placet. Utrumque ergo recte dicit Paulus: et ego placeo, et ego non placeo. Si vero adsit boni intellectoris pia et pulsatoris patebit utrumque, et nulla inter se repugnantia repellet intuentem. Illud et in monet quod dicit placeo omnibus. Et nunquid placebat persecutoribus suis? Sed placebat omni generi hominum, qui Christi congregabat ecclesia sive iam intus positis sive introducendis in eam. Et ut ostendat quod pro veritate placet addit: non querens quod mihi utile est, sed quod multis, vel non aliquid terrenum utile, quod vos, sed ut salvi fiant. Imitatores mei, quod dico in sine offensione, id est ut nullum offendatis. Imitatores mei estote sicut et ego Christi. Ita per me estis imitatores Christi, qui nullum offendo, sed omnium salutare. Et in ecclesia namque quod fit ordinatim maiorum et minorum, ut illi exemplo precedant, hi vero imitatione sequantur. Sed et illi quorum exemplo precedunt nunquid nemine sequuntur? Si neminem sequuntur errabunt. Sequuntur ergo et ipsi aliquem, id est Christum. Laudo autem. Hic agit contra eos de velationibus in quibus arguit illos suas traditiones non servantes, quia illorum aliqui viri velato capite et aliqui mulieres non velato capite orabant aut prophetabant. Unde successit eis apostolus, quia cum esset eis apostolus, immemores erant traditionum eius. Quia de aliis culpo vos, sed de his laudo vos, o fratres. Et si de aliis culpo, tamen de his laudo quod per omnia estis memores mei, id est mee auctoritatis, et mea precepta tenetis. Tamen perfecte sicut tradidi vobis, yronia est quod sic loquitur eis apostolus, quia non eius traditionem servabant, nec eius auctoritatem sequebantur, et ideo hoc quod non omnino tenent illud dicens: Volo autem, quia non tenetis precepta mea. Volo autem vos scire, o fratres, quod est utile ad sequentia, quia vos non attenditis, scilicet quod Christus est caput omnis viri, id est domini, quia enim non esset per eum creatus. Caput autem mulieris est vir, quia ex eius costa scilicet viri mulier formata est, ideo debet subici viro, de quo per Christum facta est. Caput vero Christi est deus pater, quia ab ipso genitus est. Dignum ergo est ut filii caput pater dicatur, quia genitor eius. Una ergo dictio diversam habet intelligentiam. Aliter vero deus dicitur Christi caput viri. Aliter vir caput

ecclesie dei. sicut et ego per omnia omnibus placeo non querens quod mihi utile est, sed quod multis ut salvi fiant. Imitatores mei estote sicut et ego Christi. Laudo autem vos fratres quod per omnia memores mei estis et sicut tradidi vobis precepta mea tenetis. Volo autem vos scire quod omnis viri caput Christus est. Caput autem mulieris vir. Caput vero Christi deus. Omnis vir orans aut prophetans velato capite deturpat caput suum. Omnis autem mulier orans aut prophetans non velato capite deturpat caput suum. Unum enim est ac si decalvetur.

mulieris. Augustinus. Deus caput Christi, ut nomine viri intelligatur hic spiritus, non ille spiritus scilicet qui cum patre et filio incommutabiliter manet, et diguus animus incommutabiliter da[...] sed spiritus hominis quo quasi anime maritus animalem affectionem tamquam coniugem regit. De quo dicit apostolus: nemo scit que sunt hominis nisi spiritus hominis. De quo et dominus ait mulieri samaritane: Vade voca virum tuum. Hic ergo spiritus est presens et in intimis est, et se pietate subiciens deo intellectu spiritualiter qui omnino luce sapientie illustratur. Huius viri Christus caput est, quia spiritus hominis regitur a sapientia dei que Christus est. Vel sicut in capite sunt omnes sensus corporales, ita in Christo sunt omnes sensus spirituales, id est plenitudo gratie de qua accipit vir iste. Per hanc autem est vir caput mulieris, id est rectior affectus animalitatis quem regit a spiritu tamquam mulier a viro. Caput vero Christi deus pater, quia filius a patre est et de patre, non pater a filio vel de filio. Intelligitur principium unum et caput eius deus et Christus principium, sed non patris. Hic non illi ymago nulla ex parte dissimilis. Ideo equalis filius patri debet, quod est et hoc quod pater est equalis est, et quod principium est patri non nulli debet, quod quod est. Vel deus nomine hic intelligitur trinitas. Deus vero omnia sunt in Christo, quorum caput Christus est deus, id est caput Christi est trinitas, cum in trinitate sit Christus, non sit trinitas. Augustinus. Pater est cum filio et spiritu sancto caput est eius, quia est solus filius. Cum filio et spiritu sancto pater deus est, filius autem solus homo factus est secundum quod humanitate eius in maior eo est pater et spiritus sanctus. Hic vero dicit quod quia ille est pater et spiritus sanctus unum est caput sit hominis mediatoris, quod ipse solus est. Si vero nomine recte dominus principale hominis, id est quia caput hominem subiectum est, ipse homo est, unde sit homo est in nullo congruentius ubi non est pater sit deus. Dicitur esse caput Christi quoniam Christus homo non est in ubo quod caro factum est, intelligi non possit. Est ergo deus, id est divina essentia vel trinitas. Caput Christi secundum quod homo, quia divinitas in ipso creatrix, caput est creature assumpte. Hac in ratione non potestas filii minuitur sed natura predicatur. Omnis vir, quia et viri caput Christus est sine alio mediante, et per Christum deus, ideo in signum libertatis vir non debet habere velum, quod est subiectionis signum, quia vir omnis, id est potens vel sapiens. Vir orans aliquid a deo aut prophetans, id est secreta reserans, velato capite quasi non sit liber vir, deturpat caput suum, id est ipse cui illud facit velato capite. In aliis vero non opus est potest velare, sed non dum suo iudici se offert et colloquitur, in comparatione sua necesse est proprium. Omnis autem mulier, quia inferior est et subiecta viro, quia vir caput

est mulieris. orans autem prophetans non velato capite, scilicet sine signo subiectionis quod deberet viro, quia mediante viro ad dominum. deturpat eam suum vel ipse. Unum enim est, id est unum deturpat est.

Aug. in lib. quest. lxxx. iii.

[...] Aug. contra manicheos.

Aug. in eodem.

Aug. de trinitate.

Ambr.

Aug. · Amb. · Amb. · Amb. · Aug. de sermone in monte · Amb. · Aug.

et dicitur. Scripta sunt autem ad correptionem nostram. Demonstrat quare ista nobis etiam legenda et intelligenda sunt. Cum non dixerit in figura, ostendit iam non esse opus ut figurarum promulgationi celebrationi seruiamus. Et res ipsa manifesta sit ad correctionem nostram dico. In quos scilicet nos deuenerunt fines seculorum, id est sexta etas, qui in ultima seculi etate sumus, et eorum exemplis priorum magis corrigi debemus. Vel fines seculorum, id est in quos secularitas et carnalitas, scilicet amor rerum temporalium, in nobis finitur per Christum. Uobis tempus est si peccauimus. Itaque, id est quia et illi et isti beneficiis usi sunt et perierunt. Itaque ex consideratione qui se existimat stare per bona uideat ne cadat a se et a deo. Et stat qui stat a se, cadit qui cadit. Ideo autem uideat ne cadat peccando uel peccare alios faciendo. Vel illi qui presumentes de scientia cum scandalo fratrum edebant ydolothita et de doctrina pseudoapostolorum gloriantes iudicabant apostolum esse ipsis minorem. Superbia quoque amputatur ne per eam temptetur, sicut uidi temptari sunt et perierunt. Quia sicut illi moysi dechementes dominum temptauerunt, ita hii dechementes apostolo dominum temptant. Dico ne cadat, non quod penitus aliquis sine casu sit, sed Temptacio, id est peccati delectacio, non apprehendat uos, id est non ducat ad consensum. Ideo nulla sit in uobis temptacio nisi humana, id est non de hiis sine quibus ista uita non agitur. Vel apprehendat uos, id est non humana. Hortatur ut humana temptacio illos apprehendat, non alia. Humana et temptacio est ut in necessitate uel pressura non diffidat homo de deo auxilium humanum requirendo propter Christum quod parum humana temptacio est, quia perficitur apud deum. Vel humana temptacio est aliter sape quam res se habet. Est bono animo in unus amando suam sententiam uel inuidendo melioribus usque ad precidende communionis et condendi scismatis uel heresis sacrilegium peruenire diabolica presumptio est. In nullo autem aliter sapere quam res se habet angelica perfectio est. Humana quoque temptacio est, cum bono quis animo sed humanam tamen fragilitatem in aliquo labitur consilio uel cum ueritatem inuenit studio corrigendi, plus tamen quam ueritatis intellectum postulat. Nam quia homines sumus et spe angeli sumus quibus uite sue uectigale equabimur, si non est in nobis perfectio angelica non sit presumptio diaboli. Ideo autem temptacio uos non apprehendat, et si fiat, quia permittit deus per sathanam sic ad probandos uel excidendos bonos et puniendos malos. Non apprehendat dico nisi humana. Fidelis autem deus, quasi ego uos ad hoc hortor, sed deus est fidelis, id est uerax in promissionibus, qui se preclio

nem nam uiciss fines seculorum deuenerunt. Itaque qui se existimat stare uideat ne cadat. Temptacio uos non apprehendat nisi humana. Fidelis autem deus est qui non patietur uos temptari supra id quod potestis, sed faciet cum temptacione et prouentum ut possitis sustinere. Propter quod karissimi mihi fugite ab ydolorum cultura. Ut prudentibus loquor, uos ipsi iudicate quod dico. Calix benedictionis cui benedicimus, nonne communicatio sanguinis Christi est? Et panis quem frangimus nonne participatio corporis domini est.

rem suorum electorum forte promisit, qui non patietur uos temptari per se tribulatos supra id quod potestis ferre, quia uel cadere non sinit uel a casu erigit. Sed faciet cum temptacione et prouentum, id est uicturus augmentum. Vel et dat temptatum diabolo licenciam, ipse dat temptatis misericordiam. Ita faciet prouentum ut possitis perseuerantes sustinere, ne deficiatis in lucta, sed uincatis, quod sit per humilitatem. Humilitas et custodit in omni temptacione, ut illi non crepent in fornace qui non habent uentum superbie. Propter quod, quasi quia sola sacramenta non saluant et quia qui cadere permittit et qui auxilium dei non deest, propter quod o karissimi mihi fugite ab ydolorum cultura, id est abstinere ab omni societate ydolatrie, ne per hoc nascatur in domino temptacio. Nemo sit assiduus in ydolio nil sperat de eo, de eo et sperare est de deo dubitare, ut et Saul relicto deo qui ei fuerat pro delicto mortuus ad ydolatriam rediit. Sperans aliquid de ea, cui impresentiarum obfuit et in futuro gehennam ultrice generauit. Ideo apostolus istos hortatur fugere ab ydolatrie supersticione. Sunt enim comedentes sapientes ydolothita et offendiculo infirmorum quibus ydolatrie uidentur, uel ne ipsi infirmi ydolatre sint, edendo sub ydoli ueneratione et putando ydolum aliquid esse. Ut fugiatis loquor uobis ut prudentibus, id est loquor uobis aliquid quod prudentibus. Ideo uos ipsi iudicate, id est diligenter diiudicate quod dico, scilicet hoc. Calix, id est uel ita, ut prudentibus loquor, quia moneo uos fugere ab ydolatria et hoc monendo loquor infirmis, quibus sicut uos supra locutus sum, prudentibus et ipsi, quod dico an mala et bona sint, quasi per similitudinem et exemplum noui sacramenti ostendit ut faciliter suadeat, quia cum uerba non satisfaciunt soleret exempla et suadeant utique. Calix benedictionis, id est quasi ideo fugiendus est a cultura ydolorum, quia comedentes ut ydolothiti uni est cum demone, sicut per corpus Christi digne et spiritualiter sumptum unus est cum ipso Christo. Quia calix, id est potus sanguinis Christi benedictionis, id est per quem benedicimur, participantes cum et nos benedicimus, id est quem nos fideles exaltamus credendo et gratias agendo. Vel calix benedictionis cui benedicimus, id est potus calicis, qui non solum a Christo in cena est benedictus, sed etiam et nos sacerdotes cotidie benedicimus, nonne communicatio sanguinis Christi est, id est nonne facit nos habere quandam communionem et unitatem Christi, quasi utique facit. Et panis quem frangimus in sancta, id est participatio fracti panis in altari, nonne participatio corporis domini est, id est nonne facit nos esse unum cum ipso, facit utique. Nam qui Christi man

ducatur, vita manducatur. Sed quis audeat manducare dominum suum? Et tamen invitat nos ad manducandum. Qui manducat me vivit propter me. Et hec occiditur ut manducetur. Sed mortuos vivificat. Cum manducatur reficit nec deficit. Et vivit manducatus, quia surrexit occisus. Nec cum manducamus partes de illo facimus. Et quidem in sacramento sic fit. Et norunt fideles quemadmodum manducent carnem Christi. Unusquisque accipit partem suam. Unde et ipsa gratia partes vocantur. Per partes manducatur et manet integer totus. Per partes manducatur in sacramento, et manet integer totus in celo, manet integer totus in corde tuo. Totus enim erat apud deum patrem cum venit in virginem, et implevit illam, non recessit ab illo. Venit in carnem ut eum homines manducarent, et manebat apud patrem integer ut angelos pasceret. Sequitur. Quoniam unus panis exponit quomodo calix benedictionis et panis fiant accipienti caro et sanguis Christi, quia per hoc sumus unum cum Christo. Quoniam omnes qui participamus spiritualiter digne de uno pane, scilicet corpore Christi, et de uno calice, scilicet sanguine eius, licet multi simus, tamen sumus unus panis unione fidei, spei et caritatis, et unum corpus illi capiti quod est Christus, sumus per subministrationem operum caritatis, id est unum omnes sumus una ecclesia, id est unum in credendo fidei, spei et caritatis, et in mutua operum exhibitione. Per unitatem enim panis et unitatem corporis fidem et caritatem oportet intelligi, que si desit, iudicium sibi sumunt qui sumunt. Et quia unum corpus, unum sentire debemus dicere, ut fides sit una, unum habeat sensum. Ideo [illegible]. Typice autem unus panis et unum corpus ecclesia Christi dicitur pro eo quod sicut unus panis ex multis granis et unum corpus ex multis membris componitur, sic ecclesia Christi ex multis fidelibus caritate copulante connectitur. Hoc misterium pacis et unitatis nostre Christus in sua mensa consecravit. Qui accipit misterium unitatis et non tenet vinculum pacis, non misterium accipit pro se, sed contra se. Nulli autem ambigendum est tunc quemque corporis sanguinisque dominici participem fieri, cum membrum corporis Christi efficitur, nec alienari ab illius panis calicisque consortio, etsi antequam illum panem edat et calicem bibat, de hoc seculo in unitate corporis Christi constitutus abscedat. Quia illius sacramenti beneficio non privatur, cum ille hoc quod illud sacramentum significat invenerit. In illo enim sacramento corpus et sanguinem suum commendavit nobis, quod etiam fecit et nos ipsos. Nam et nos corpus ipsius facti sumus. Videte. Similitudo inducitur hic ad intelligendum quod supradictum est, quod qui de uno pane et calice participant fiunt participes cor-

Quoniam unus panis unum corpus multi sumus. Omnes qui de uno pane et de uno calice participamus. Videte Israel secundum carnem. Nonne qui edunt hostias participes sunt altaris? Quid ergo dico? Quod ydolis immolatum sit aliquid, aut quod ydolum sit aliquid? Sed que immolant gentes demoniis immolant et non deo. Nolo autem vos socios fieri demoniorum. Non potestis calicem domini bibere et calicem demoniorum. Non potestis mense participes esse domini et mense demoniorum. An emulamur dominum?

poris Christi, quod per hanc similitudinem apparet. Videte Israel secundum carnem, id est Israel carnalem, id est carnaliter legis precepta servantem, id est in umbris sacrificiorum servientem. Ideo autem secundum carnem, quia est Israel secundum spiritum videntem deum. Nonne ergo qui edunt hostias illas legis, scilicet carnalis Israel, participes sunt altaris? Sunt utique. Sic qui edit carnem Christi et sanguinem eius bibit, particeps eius fit. Vel ita potest legi ut Israel sit vocativus casus, quasi: Ita est de nobis sumentibus panem et calicem, ideo vos qui estis Israel, id est homines videntes deum, videte, id est discite, qualiter se habent ea que fiunt secundum carnem, id est carnalia, scilicet ydolatria. Sicut enim nos de uno pane et uno calice percipientes sumus conformes corporis Christi, sic qui edunt hostias ydolis oblatas fiunt participes altaris erroris, id est demonis [illegible]. Quid ergo? quasi: quare dico fugite a cultura ydolorum? Quid ergo dico, id est dicere intendo? Quod ydolis immolatum sit aliquid, aut quod ydolum sit aliquid magnum? Non hoc dico. Sed potius dico quod ea que gentes immolant demoniis [illegible], quia in ydolo diabolus colitur, quod est peius ydolo. Et quia ab ydolatria prohibebat, ideo locus iste suspectus erat, ideo ne putaretur non nocere si de sacrificiis ederent ydolorum, quia ydolum nichil esse confirmavit, et ydolum nichil esse, ne se non prohibere ista ideo quod ydolum aliquid sit, sed quia demoniis et non deo immolantur. Neque se excusaret quia ydolis insensatis dedita non sunt, demoniis magis dedita sunt, quod est periculosius. Nam si tamen ydola coleret, sicut eos non adiuvaret, ita nichil nocent, quia nec ydola nec eis immolata aliquid sunt, id est nichil per se possunt sive ad iuvandum sive ad nocendum. Sed malis spiritibus est insita malicia quedam et malivolentia nocendi nobis. Nolo autem vos. Dico quod immolant demoniis, ego autem nolo vos qui fideles estis fieri socios demonum, quod [illegible] immolantibus, scilicet consentia ydoli vel consentia fratris qui perimitur exemplo [illegible]. Ad hoc genus pertinent consultationes et pacta quedam significationum cum demonibus placita atque federata, qualia sunt molimina magicarum artium aruspicum et augurum, atque ligature et remedia que fiunt in incantationibus et quibusdam notis vel in quibusdam rebus suspendendis et illigandis. Non illi absque genere perniciose superstitionis segregandi sunt, qui genethliaci ob natalium dierum considerationes, nunc autem vulgo mathematici vocantur, qui conantur actionum eventa predicere. Ideo nolo, quia: Non potestis bibere calicem domini et calicem demoniorum, id est non potestis simul unire deo et demoniis pariter. Non potestis esse participes mense domini, id est unius dei, et demonum, id est non potestis esse unius dei et demonum. Deum inse illis amantissimum [illegible]. An emulamur dominum, id est ad iram provocamus eum vel invidemus ei ydolothita comedentes, quod non debemus.

Aug.
Amb.
Aug. contra Maximinum.
Aug. in p[salmo] xcvi.
Aug. de doctrina christiana.

meum. et in servitutem redigo. ne forte cum aliis predicaverim ipse reprobus efficiar. Nolo enim vos ignorare fratres quoniam patres nostri omnes sub nube fuerunt et omnes mare transierunt. et omnes in moyse baptizati sunt in nube et in mari. Et omnes eandem escam spiritalem manducaverunt et omnes eundem potum spiritalem biberunt. Bibebant autem de spiritali consequenti eos petra. Petra autem erat christus.

Ambr. vitia et motus corporis, et in servitutem redigo. Ambr. Est alio videre servientem quasi subditum non suam sed expressam voluntatem. Ideo ita facio ne forte cum aliis predicaverim ipse reprobus efficiar, id est a deo reprobatur. Hoc timore nos terruit apostolus, quod et faciet aliquem timere. Nos igitur terret suo exemplo, dicens se timere quia cito contingere possit. Et aliis magis cavendum est ne offendendo sint reprobi. Sequitur. Nolo enim vos ignorare. In precedentibus abstinere a licentia induxit suasit exemplo suo docuit. Hic exemplo Iudeorum qui negligentia sua offenderunt nos sollicitos facit, ostendens amissis per sacramentum veterem comitationem penam non evasisse. Quia nolentibus continere sic est agendum ut dixi. Non enim baptismus et cetera sacramenta sufficiunt, ut quidam putant. Sicut nec Iudeis beneficia dei valuerunt cum postea peccaverunt. Nolo enim vos ignorare omnes quia patres nostri, scilicet institutores nostre fidei, omnes, scilicet tam boni quam mali, fuerunt sub nube protegente eos ab estu, et Egyptios ne viderent abeuntes. Vel sub nube fuerunt quia in figura nostri contingebant illis omnia. Et omnes mare transierunt, transitis hostibus mare rubrum. Et omnes in moyse, id est in ducatu moysi, omnes baptizati sunt in nube et in mari, id est purgati per ista signa illa, quia per ea iam a morte imminente liberati sunt, et ab ignorantia domini qua premebantur. Et omnes gentes mundati purgati sunt ad accipiendam legem. Et omnes eandem escam manducaverunt, scilicet manna, et eundem potum biberunt, scilicet aquam de petra. Manna et aquam que fluxit de petra dicit spiritalia, quia non natura, non mundi lege, sed dei virtute parata sunt, sine elementorum commixtione. Spiritalia et in se figuram futuri mysterii, quo nos simus in memoriam Christi. Ideo et panis angelorum dictus est, qui virtute qua angeli subsistunt creatus est. Hoc significans quod de celo venturus erat qui spiritualiter pasceret. Unde manna prius dominico die venit de celo ad satietatem populi. Hoc et sed hic et vere escam et potum illorum dicit spiritalem, id est spirituale aliquid significantem. Sequitur. Vel bibebant autem de spiritali petra, quia dei virtute ex ea fluebat aqua. Consequente eos, id est satisfaciente voluntati eorum, quia quocumque ierunt aque inundantes secute sunt eos. Sic Christus in deserto huius mundi suos comitatur. Vel de petra consequente, id est secuta unitatem significante, de qua subdit. Petra autem erat Christus in signo. Solet enim res que significat nomine rei quam significat nominari. Sunt enim Christus petra non per substantiam sed per significationem. Unde et recte sequens dicta est petra. Quam intelligitur Christus, ubi enim deficiebat eis humanum subsidium, adfuit Christus. Et enim petra aquam dedit illis. Sed Christus patres nostri, non illorum, quia eis nos fideles sumus, non illi

superbi, et aliquantum de bonis patribus. Omnes sub nube fuerunt, ideo in Christum, sed non mutantur. Et omnes in moyse baptizati sunt in nube et in mari. Baptizati dicuntur in moyse in nube et in mari, quia illa omnia gerebant formam nostri sacramenti, id est baptismi. Quoniam moyses Christum, nubes spiritum sanctum, mare rubrum baptismum significat sanguine Christi consecratum. Populus transiens significat fideles. Mors Egyptiorum significat ablutionem peccatorum. Illa igitur omnia nostri fuerunt signa. Illa enim significante gesta sunt que in nostra sanctitate complentur, que et futura pronuntiabant, ut per ista legitur in sententia cognoscitur. Vel aliter. Omnes in moyse, id est illo duce, baptizati sunt in nube et in mari, id est signum baptismi acceperunt, quod non credentibus non valuit. Locus quidem est quod dicatur mare transierunt. Hic exponit et ait: omnes baptizati sunt in moyse in nube et in mari. Si igitur significatio maris tantum valuit species baptismi, quantum valebit. Sicut quod gestum est in figura, nunc etiam populum ad manna perduxit, quod exhibebit Christus in veritate sui baptismi, nunc etiam per eum populo. Per baptismum namque credentes occisis omnibus peccatis tamquam hostibus, et hinc ad manna. Quid est manna? Panis vivus qui de celo descendit. Sequitur. Et omnes manna eandem spiritualem quam et nos. Et dicit spiritualem, ostendens eandem spiritualiter intellexisse. Et hic de omnibus manducantibus, sed quia spiritualiter debent intelligi, et enim exponitur. Petra erat Christus quia a petra eiusdem fluxerunt. Et exponendo hic eam materia introducit intellectum. Vel et sensus: manducaverunt escam utramque, corporalem et spiritualem, sed spiritualem eandem quam et nos, corporalem vero alteram, id est manna, quod significat Christum nos credentibus esse. Alii vero, scilicet qui non credentes manducaverunt, mortui sunt in eternum. Quia non moyses et alii boni? Quare? Quia cibum visibilem spiritualiter intellexerunt, spiritualiter esurierunt, spiritualiter gustaverunt, ut spiritualiter satiarentur. Et nos hodie accipimus visibilem cibum, sed aliud est sacramentum, aliud virtus sacramenti. Sacramenta illa fuerunt, sacramenta sunt et nostra, utraque eiusdem rei, quoniam manna et Christum significavit. Hunc panem significat altare dei. Christus est panis qui de celo descendit. Si quis manducaverit ex hoc pane non morietur in eternum. Sed quia pertinet ad virtutem sacramenti, non ad visibile sacramentum. Qui manducat intus, non foris, qui manducat corde, non qui premit dente. Ideo apostolus vigilanter non simpliciter ait manducaverunt escam, sed addit spiritalem, quia spiritalem eandem manducaverunt quam et nos, nam corporalem alteram, quia illi manna, nos aliud. Ita vigilanter ait patres nostri, non illorum, per hoc tamen bonos significans, quorum nos fideles sumus, non illi fuerunt. Quia eandem spiritalem escam manducaverunt quam et nos, tamen illi aliud, aliud nos, sed specie visibili aliud, quod tamen hoc idem significaret virtute spirituali. Sequitur. Et omnes biberunt potum utrumque, corporalem et spiritualem, sed spiritualem eundem quem et nos, corporalem vero alterum, id est aquam que fuit signum

sanguinis (et)c. Id est credentibus effectum spiritualem
(con)ferens. potum quem biberunt ipsi et nos bibimus.
quod illorum potus nostri signum. Nota quod idem effectus
est nostri. sed non tamen. quia nostri in nostris sacramentis. sed
per illa tunc pro nobis. Idemque idem spiritualem potum. in ebibus
nostris et illorum. quod id in mysterio est cibus et potus illorum
quod noster. sed significatione idem non specie. quod idem (et)c. illis in petra
est significatus. nobis in carne manifestatus. et in al
tari sub specie panis significatur. In signis itaque
diversis eadem est fides. sed illi venturum nos venisse
credimus. Idem non autem simpliciter eundem potum. sed ad
dit. spiritualem. spiritualem enim eundem biberunt. quem
nos corporalem non eundem. Quod et biberunt. bibebant
autem (et)c. Eos petra spiritu s(cilicet) quod Christum significabat. et
fidi id sunt. comanente (con)tinue in fide. videre sig
na variata. ubi enim petra erat (et)c. nobis quod in al
tari dei portio est (et)c. Si speciem visibilem attendas.
aliud est. si intelligibilem significationem eundem po
tum spiritualem biberunt. Erant enim in illo populo quidam spiritu
aliter intelligentes habentes fidem. quae postea revelata
est non ad legis litteram. sed ad gratiam specie pertinen
tem. et sed hi eundem potum biberunt de spirituali pe
tra. de qua (et)c. Petra autem erat (et)c. In signo percussa est
petra de virga bis. Gemina percussio enim ligna
crucis significat. De petra educta est aqua accedente
virga. quia ligno accedente ad petram Christum gratia
spiritualis manavit. Considerandum hoc loco notanda est.
non aliquid significativa earum rerum quas significant nomine ap
pellari. Sed non (et)c. Ostendit temporalia beneficia
iudeis collata tam bonis quam malis. et in mali
perierunt. quia his omnibus beneficiis ad litteram usi fu
erunt. sed non est beneplacitum deo in pluribus eorum. unde
eorum s(cilicet) in illis quos offenderet deus. Et dicit non in pluribus
ostendit quod aliqui erant ibi. in quibus beneplacitum est
deo. Id est erant omnibus communia sacramenta. non tamen omnibus
communis erat gratia quae est virtus sacramentorum. Ita et nunc
Baptismus communis est omnibus baptizatis. sed non virtus bapti
smi. id est ipsa gratia. Nam id est quod ita apparet. quia in
quibusdam eorum non est beneplacitum deo. nam id est quia prostra
ti sunt in deserto. ne a putrentis homines sinaxis
se habet. Subdit. Hec autem sunt non dico dicta. vel scrip
ta. sed facta in figura nostri. non enim prophetas tamen hec facta
sunt. sed et propter nos. s(cilicet) propter correptionem nostram. Illi e
nim pene figure fuerunt nostrarum penarum. quanto enim
pene ille sunt. quam non ille figure fuerunt. Sic enim in
bonis nostro melius est id quod per figuram signatur. quam
ipsa figura. ut regnum celorum. melius est quam terra p(romissionis)

Sed non in pluribus eorum
beneplacitum est deo. Nam
prostrati sunt in deserto.
Hec autem in figura facta
sunt nostri. ut non simus concu
piscentes malorum sicut
et illi concupierunt. Ne
que ydolatre efficia
mini. sicut quidam ex ipsis
quemadmodum scriptum
est. Sedit populus man
ducare et bibere. et sur
rexerunt ludere. Neque
fornicemur sicut quidam ex
ipsis fornicati sunt. et ce
ciderunt una die xx
tria milia. Neque temp
temus Christum. sicut quidam e
orum temptaverunt. et a ser
pentibus perierunt. Neque mu
rmuraveritis sicut quidam eorum
murmuraverunt. et perierunt ab
exterminatore. Hec autem omnia in figura contin
gebant illis. Scripta sunt autem ad correctio

nis nostre. Ita in malis longe peius est quod signi
catur quam figura significans. ut gehenna pe
ior est quam ulla terrena atroci pena temporali. Omnes
enim pene minores sunt gehenna. Id est vigi
lantia maiore cavenda. ut non (et)c. quia in figura
nostri facta sunt ita. considerantes illorum suppli
cia. non simus concupiscentes malorum sicut illi. quia non ita per
eamus sicut illi. ne similiter pereamus. Neque efficiamini ydo
latre per ydolatria. Illos enim tangit qui in ydolio epu
labantur. putantes se immunes a crimine.
Non efficiamini dico. sicut quidam ex ipsis fuerunt
quemadmodum scriptum est in exodo de illis. Sedit
populus. id est quidam de populo. totum pro parte posuit. Sedit
inquam manducare. ibi coram vitulo. ita et
nos in ydolio per commemorationem illorum vo
tant ea quae in corinthiis sunt. ostendens quod conti
nuata sunt in iudeis. et surrexerunt ludere. id est ludos
facere in veneratione vituli. vel ludere. id est adora
re. quod est ludo puerorum simile. Facilis enim ad lu
sum est pueritia. Quod autem lusum puerili tam simile
est. quam ydola adorare. Neque fornicemur. non aliqua
in nobis fuerint. sicut quidam ex ipsis fornicati sunt. cum
madianitis mulieribus. Et ideo occiderunt una
die xx iii milia. Neque temptemus Christum. ut fecerunt
illi quidam desperantes de resurrectione. sicut quidam eorum temp
taverunt dicentes. Numquid poterit parare mensam
in deserto. Nota Christum esse deum quem temptave
runt iudei. Et ideo a serpentibus perierunt. donec ser
pens eneus erectus est. quem qui intuebantur
a morsibus serpentium sanabantur. Neque mu
rmuraveritis. vel quia minora dona spiritus habetis
contra deum. sicut quidam eorum murmuraverunt contra moysen
et ideo perierunt ab exterminatore. angelo qui exterminnos p(ro)
misse terre eos percussit. Hec autem omnia. quia propter
sua peccata hec eis contigerunt. non tamen propter hoc. sed ut
significarent. quia pro similibus puniremur. Id est hec ergo autem hec autem
omnia contingebant illis in figura nostri. Scripta sunt autem ad cor
rectionem. vel hec enim exempla ad correctionem nostram proposita
sunt. ut aut premium si obedientes fuerimus.
aut pretiosiorem penam inobedientes incurramus.
Ad hoc enim relata sunt peccata eorum pene. ut corri
gamur. Aliter erit maior pena. Sed hec apti
te est ille liber necessarius et accipiuntur a nobis.

id est illa rerum
signa iam non sit
necesse observa
ri a nobis. dum

dicit.
dicit.
dicit.
dicit.
dicit.
dicit. contra falsum.

ut euangelium Christi praedicans
sine sumptu ponam
euangelium, ut non abu-
tar potestate mea in
euangelio. Nam cum liber
essem ex omnibus omnium me
servum feci ut plures
lucrifacerem. Et factus
sum Iudaeis tamquam Iudaeus
ut Iudaeos lucrarer.
His qui sub lege sunt quasi
sub lege essem, cum ipse
sub lege non essem, ut eos
qui sub lege erant lucri-
facerem. His qui sine lege
erant tamquam sine lege essem,
cum sine lege Dei non essem, sed
in lege essem Christi, ut lucri-
facerem eos qui sine lege
erant. Factus sum infirmis in-
firmus, ut infirmos
lucrifacerem. Omnibus omnia
factus sum ut omnes sal-
vos facerem.

iudicarim quoniam quod dicit sub interrogatione
ita. Quae est ergo merces mea, id est quid faciendo vel quam
mercedem aeternam habebo? Respondet ita, scilicet ha-
bebo mercedem, si tantam virginitatem habeo cari-
tatem, ut praedicans euangelium Christi, id est sine sumptu po-
nam, id est stabiliam illud euangelium, et non abutar po-
testate mea in euangelio praedicando, quod esset si acciperet
quod tamen non libere argueret, vel infirmus comparatione
est. Vel iste sensus: mercedem habeo si ex dilectione
ita facio ut potius patiar penuriam quam
abutar potestate, quod utique facerem si sum-
ptuosum credentibus euangelium esse imponerem
exigendo vel indiscrete accipiendo non offen-
derem; tamen forte hoc contingeret quod pertineret ad hoc sibi
euangelizari ut euangelium venderet; per quod et viguit
euangelicae auctoritatis et languerent liberalitas re-
pellerentur humanae et infirmitati non compateretur
propter quod ista et alia feci. Secundum. Nam cum liber
quasi hoc utique quod dixi factum non, et maius feci, scilicet cum
liber essem ex omnibus, id est nullius vitiis obnoxius, feci
me servum omnium, non quomodo vis omnium servum esset. Ser-
vum omnium se fecit dicit, dum se pro humiliatione similem
omnium imbecillium exhibuit, ut eos per patien-
tiam firmaret ad salutem suam confovens
animos illorum; et hoc feci ut plures lucrifacerem, id est lu-
crum praedicationis meae facerem, et ergo me modi-
ficavi omnibus quod tractat. Factus sum Iudaeis tamquam
Iudaeus in cibis accipiendis, vel non accipiendis,
et in his multis, Timotheum circumcido, quod non quasi simu-
lasse videtur, quod solent adulantes facere. Vel ut
Augustinus dicit: divinus et medicus spiritualis sciens omnium casus et
vulnera, magna industria confovet illos et com-
patitur. Factus ergo est Iudaeis tamquam Iudaeus, quod propter scan-
dalum illorum circumcidit Timotheum, et purificatus as-
cendit in templum, ne occasionem per eum acciperent blas-
phemandi; et hoc ideo ut Iudaeos lucrifacerem, vel lu-
craretur Christo. His qui sub lege sunt, scilicet Samaritanis
qui quinque libros Moysi tantum receperunt, quibus non erat
nomen Iudaei. Factus sum quasi sub lege essem, dum non
negat legem esse a Deo, sed ex ea docet Christum, sicut
mulier Samaritana per legem docta docet, dicens:
scio quia Messias venit. Cum tamen ego ipse non essem
sub lege servilis, et quia eis ita factus sum, ut lu-
crifacerem eos qui sub lege erant. Vel sub lege erant
Samaritani intelliguntur; sunt autem ex origine
Persarum et Assyriorum, quos rex Assyriorum, sublatis
filiis Israel, posuit ad incolenda loca Sama-

riae, et factus sum His qui sine lege erant, id est gentibus,
tamquam sine lege essem, dum eis assentitur secundum philo-
sophicas rationes mundum factum esse a Deo, et quam in
eo fecit animam esse immortalem, et ab ipso nos ho-
riginem habere, et huiusmodi. Cum tamen non essem sine lege Dei,
sed essem in lege Christi, non in iudaica; et ideo ita factus sum
ut lucrifacerem eos qui sine lege erant, id est gentiles. Et factus sum infir-
mis in fide infirmus, abstinendo a licentia carnis,
ut lucrifacerem infirmos. Quod per singula. Omnibus
omnia factus sum, quod omnium sectator essem per prudentiam,
et spiritualis apostolus omnibus cessit, propter omnium tamen ne religi-
onis non excessit, quia non cessit ad hoc cessit, ut pro-
ficerent. Vel in subditis, ut omnes facerem salvos. Ambrosius.
Deinde quod nihil aliud factus sum in ... Iudaeis, id est dissen-
tire Iudaeorum. Hieronymus et Augustinus. Vult ergo Hieronymus quod non in
de vere fuerit, et legalia non vere servaverit, sed di-
spensatione simulaverit; et volebat ergo legalia
illa post Christum sine peccato posse servari. Augustinus non a-
it, quod illud non se Iudaeum, et illa legalia serva-
re simulaverit, sed vere Iudaeus fuerit, et vere non spe ponens
illa legalia servaverit, quod dicebat post Christum sine
peccato posse servari. Iniquum ergo tamen: factus sum in-
firmis Iudaeus. Ideo dicit tamquam, quia non vere Iudaeus erat, sicut non
vere gentilis, quibus in aliquibus et in his multis assensit, non tamen
cultui idolorum, quia in Christo ... non circumcisione aliquid
non spiritum dispensationem itaque simulabat se Iudaeum,
sed Augustinus dicit hoc fuisse compassionem misericordiae, non simulationem,
quod ministrat aegroto, sicut qui aeger est non febricitans
habere mentitur, sed animo condolentis cogitat quemadmodum ser-
viri sibi vellet si aegrotaret. Dicit ergo alio modo
factus sum ut Iudaeus, quod non simulandi versutia, di-
sed compatiendi misericordia; id est non ita hoc dixit ut se fin-
geret Iudaeum, sicut quidam putaverunt; liber ergo illa fecit sicut a-
it. Circumcisus quis vocatus est, non adducat praeputium, id est
non sic vivat quasi praeputium adduxerit. Alibi ait: cir-
cumcisio tua praeputium facta est. Secundum ergo hanc senten-
tiam fecit illa, quod non intellegentibus et parum intellegentibus
simulasse putatus est. Iudaeus ergo erat, et circumcisus vocatus
noluit adducere praeputium, id est noluit ita vivere
ac si circumcisus non esset; hoc ergo iam in potestate habe-
bat, et sub lege quasi servilis non erat. Vere ergo non
ficte ut Iudaeus, quia erat verax, sicut non fallacia gen-
tilem se finxit, sed licenter omnibus cibis quos ex Dei nam
Iudaei prohibitis eum, quoniam omnis creatura Dei non sola
te sed vere bona erant. Sic ergo hos ritus gentilium
vere sic et Iudaeorum sacramenta non fallacia suscepit, ut ille simplex
non esset duplex: aliud habens in corde, aliud in ostensione.

Aug.
Amb.
Amb.
Amb.
Amb.
Amb.
Amb.

Omnia autem facio propter evangelium ut particeps eius efficiar. Nescitis quod hii qui in stadio currunt omnes quidem currunt sed unus accipit bravium. Sic currite ut comprehendatis. Omnis autem qui in agone contendit ab omnibus se abstinet. Et illi quidem ut corruptibilem coronam accipiant nos autem incorruptam. Ego igitur sic curro non quasi in incertum. Sic pugno non quasi aerem verberans. Sed castigo corpus

Cum .n. ante con(sen)sissem in ep(isto)la quo(modo) in p(ro)ticer(e)t. io
fac(tu)s sum iudeis t(anquam) iudeus. ex fallacia suscep(isse) sacra
menta iudeor(um) .e. i(de)o gentib(us) fac(tu)s sum t(anquam) gentilis. n(on) in
susceptis fallacie ut(ique) grecum. uti respondisti. in eo
sem(per) gentib(us) t(anquam) gentilis. q(uod) indifferent(er) p(er)misit.
nesci(en)s ei(us) o(mn)ib(us) ...
...
ar(bitr)atus serv(ar)e ... [remaining gloss lines too abbreviated to read reliably]

dinb.

dug. in p(salmo) xxx. viii.

Multi vocati sunt pauci sunt electi.

Ideoq(ue) iusto

dug. in p(salmo) l vii.

Idem in eode(m).

dinb.

dinb.

non habemus potestatem hoc operandi? Quis militat suis stipendiis umquam? Quis plantat vineam et de fructu eius non edit? Quis pascit gregem et de lacte gregis non manducat? Numquid secundum hominem hec dico? An et lex hec non dicit? Scriptum est enim in lege Moysi: Non alligabis os bovi trituranti. Numquid de bobus cura est deo? An propter nos utique dicit? Nam propter nos scripta sunt: Quoniam debet in spe qui arat arare, et qui triturat in spe fructus percipiendi. Si nos vobis spiritualia seminavimus, magnum est si carnalia vestra metamus? Si alii potestatis vestre participes sunt, quare non potius nos? Sed non usi sumus hac potestate, sed omnia sustinemus ne quod offendiculum demus evangelio Christi. Nescitis quoniam qui in sacrario operantur, que de sacrario sunt edunt, et qui altario deserviunt cum altario participant? Ita et dominus ordinavit his qui evangelium

aug.
aug.

·i· accipiendi· operandi· vel· aut· percipiendi· ut hostem loquitur. Vel secundum aliam litteram· non habemus potestatem non operandi· quasi habemus etiam potestatem operandi manibus nostris· i· cessandi a labore manuum. In hoc enim abstinere coapostolos reprehendisse videtur Barnabas.

non apprehendat nisi humana. Et si ergo suspiciones

aug.

aug.

aug. amb.

Nota spiritus sanctus considet patri et filio.

Ubi habitabat deus ante mundum.

Quod deus ubique non in omnibus.

Quod in quo habitet pater in eo habitet filius et spiritus sanctus.

male docendo. vel ipso ei assentiendo tem
plum dei. quia vos estis violaverit in se vel in aliis.
volens subvertere fundamentum et catholicam soci
etatem distringere. disperdet illum deus corpore et
anima. quia sacrilegium committit. Templum enim dei
sanctum est. quod vos estis. aliquis habitator quem in me
ne habitat deus. quia non animum spiritus sanctus sanctificet et purit
get. quia templum quod estis vos sed anima et secundum corpus
quod vos estis templum dei id est tales in quibus deus sedet et ha
bitat. templum dico dei id est spiritus sancti. unde subdit. et spiritus
dei id est spiritus sanctus habitat in vobis. quod vos consummat
in bonis. et autem nescitis vos. Nota quod spiritus dei
hic deus est. unde ... estis. templum dei non subdidit.
et deus habitat. sed spiritus dei habitat in vobis. in quo ap
te ostendit spiritum dei esse deum. ubique adest spiritus sanctus
ad homines in nostra eternam regnandos. non est eidem
immo natura est vere deus. quia non dei tribuit templum ei
sunt. utique subiectum est templum illi est templum. Quomodo
quod rex non est templum est qui tribuit sunt regi. quomodo quod
non considet patri et filio qui replevit filium. quod in
bus filii sinistram considet domini. Verum est de patre
procedat. quomodo cum patre non sedet. cum ipsa ses
sio non sit utique cogitanda carnaliter. et cum de
dextris ei dicat apostolus sessitationem et eiusdem sedere
in celestibus. Quomodo ergo spiritu sancto subtrahitur a nobis
consessus ille est consessus. magis sede cum patre. et filii
sit indignum. qui nos eadem sede efficit dignos. spiritus
ergo sanctus et in celestibus sedet cum patre et filio. et in tem
plo suo habitat id est in sanctis. quod sunt templum dei in
sed fide ambulantes. templum dei erant aliquando
sed speciem contemplantes nunc templum dei sunt angeli. si dicit
aliquis. angelis faceret deus celum et terram. angelis sanctis ubi ha
bitabat. deus in se habitabat. apud te habitat. et apud
se. non ergo sic sunt sancti domus dei. ut ipsa subtracta ca
dat deus. immo sic habitat deus in sanctis. ut si ipse
discesserit. cadant. porro sciendum quod non dicitur non stul
tissime pro spiritu sancto non habere locum in nostro corpore. quia
totum nostra anima impleverit. quod vulgi id est deus angu
stiis alicuius impediri [illegible]. ut pater et filius et spiritus
sanctus alienum filium esse non possunt. nunc illud est multo mira
bilius. quia cum deus ubique sit totus non tamen in omnibus habitat
quis porro audeat opinari. non inseparabilita
tem trinitatis penitus ignorent. quod in aliquo possit pa
ter habitare aut filius in quo non habitet spiritus sanctus.
aut in quo spiritus sanctus in quo non est pater aut filius. fatendum
est ergo ubique deum esse per divinitatis presentiam. sed non
ubique per inhabitationis gratiam. propter hanc enim ha

lauerit. disperdet
illum deus. Templum
enim dei sanctum est. quod
estis vos. Nemo
vos seducat. Si
quis autem videtur inter
vos sapiens esse in
hoc seculo. stultus fiat
ut sit sapiens. Sa
pientia enim huius
mundi stulticia est
apud deum. Scriptum est
enim: Comprehendam
sapientes in astu
cia eorum. Et iterum:
Dominus novit cogita
ciones sapientium
quoniam false sunt. Itaque
nemo glorietur in ho
minibus. Omnia enim
vestra sunt. sive paulus
sive apollo. sive
cephas. sive mun
dus. sive vita. sive

bitacionem. in gratia dilectionis eis agnoscentes. non
dominus spatium nostri quod eis ubique est in sunt. sed quod estis in
celis. Illud quoque mirabile est quod deus est inhabitans
quosdam nondum cognoscentes deum. et non quosdam cogno
scentium deum. Illi enim ad templum dei non pertinent. qui
cognoscentes deum non sicut deum glorificant. et ad tem
plum dei pertinent parvuli sanctificati sacramento
christi. et regenerati spiritu sancto. qui nondum possunt cognoscere deum.
unde quod non potuerunt illi nosse non habere. isti potuerunt
habere antequam nosse. Beatissimi autem sunt illi quibus hoc
deum habere quod nosse. christianus ergo et fidelibus loquens a
it. Templum enim dei est. etc. hoc premisit ideo ut pu
gat illos qui ipsum viventes corpora sua violarent
maxime ille qui uxorem patris sui habebat. et qui tem
plum dei violans disperdetur. ideo. Nemo seducat
se. vel vos. quia deus si negligat. sed potius. Si quis autem
videtur inter vos sapiens esse in hoc seculo id est sapientia huius seculi. stultus
fiat. apud se. et divinitatem non natura credat posse. ut in
sit. vere sapiens. qui stultus seculo. prudens est deo. et
tamen apud se stultus est. qui stultus vere est et apud deum.
Sapientia huius mundi stulticia est apud deum. id est sapientiam illam stul
ticiam deus probat. quod suasit quod mundus sic posse negat.
et nota quod aliquando in scripturis sapientia ponitur pro astu
cia abusione verbi non proprietate. Quod autem mundi sa
pientia sit stulticia confirmat auctoritate. Scrip
tum est enim. Comprehendam id est falsos ostendam sapi
entes mundi in astucia eorum. faciendo aliter
quam ipsi dixerunt. Et iterum. in psalmo scriptum est. Dominus no
vit cogitaciones sapientium mundi vel hominum sapientium. quoniam va
ne sunt id est false. et quod stulticia est apud deum sapientia
dei. itaque nemo glorietur in hominibus baptistis vel do
ctoribus quasi melius ab uno quam ab alio recipiat. quia
non sunt datores gratie. sive boni sive mali sint
sed tamen ministri. Omnia enim. quod non debetis in ho
minibus gloriari. quia vestri sunt ipsi. et vice quoque omnia vestra
id est ad serviendum vobis data. et non est gloriandum non de
his excellentioribus. et de quibus dixerat. omnia sunt vestra
aperte subdens. sive paulus. sive apollo. qui sunt doctores
maiores. sive cephas. qui omnibus maior. quod non solum
minores vestri sunt. sed et maiores. hoc ideo dicit. ut non sin
gulos doctores suos defendant. et omnibus renuntiet. de
minore excipitur de aliis qui sunt eorum. sive mundus vester
sive vita. presens. sive mors. quid mundus itaque vester
est. si de illo sed dei voluntate serviunt. et vestra
eius in dei voluntate ponitur. vita presens vestra
est. si molestie et gloria dei agitur. quoniam vestra est
spe futuri liberet. pro quo moriuntur. sive presencia

mors, sive presentia,
sive futura. Omnia
enim vestra sunt; vos autem
Christi; Christus autem Dei. Sic
nos existimet homo
ut ministros Christi
et dispensatores
ministeriorum Dei. Hic
iam queritur inter dispe-
satores ut fidelis
quis inveniatur. Mi-
chi autem pro minimo
est ut a vobis iudi-
cer aut ab huma-
no die; sed neque me
ipsum iudico. Ni-
chil enim michi conscius
sum, sed non in hoc iustifica-
tus sum. Qui autem iudi-
cat me Dominus est.
Itaque nolite ante
tempus iudicare
quoadusque veni-
at Dominus, qui et

[illegible]

donec dominus

Capitulum 4

Aug.

Aug. in ps.

Aug.

Amb.

Amb.

Aug. super Iohannem

Aug. in eodem.

[illegible]

Si quis autem
superedificat su
pra fundamen
tum hoc aurum
argentum lapi
des preciosos stipu
lam ligna uni
uscuiusque opus ma
nifestum erit.
Dies enim domini
declarabit quia
in igne revela
bitur et uniuscuiusque
opus quale sit ignis
probabit. Si cuius
opus manserit
quod superedifica
vit mercedem ac
cipiet. Si cuius
opus arserit de
trimentum pa
tietur. Ipse
autem salvus erit sic
tamen quasi per ignem.

[illegible]

aut. in quo die. est et ignis tribulationis. quo uritur amor temporalium rerum. dum homines contristantur amissis. tamen ideo tribulationem certius habebunt huiusmodi. Aug. Non enim alliciente amore non habentur sine urente dolore non perduntur. Quia nunc manifestum erit. Dies enim domini. scilicet dies presentis tribulationis. declarabit. et reuelabitur quod in igne tribulationis declarabitur. Causam quare tribulationem ignem uocat. et uniuscuiusque opus quale sit. scilicet firmum uel solubile. ignis presentis tribulationis probabit. et si igne illius opus non exurit. quia non ea diligit que amissione cruciet. eum non est uanum. quod quidem temporaliter sunt. Exurit autem illius opus. quia hec temporalia dilexit. quia non sine dolore perierunt. que cum amore possessa sunt. Ut ibi est. O mors quam amara est memoria tua. ut opus illorum quos amissio temporalium non cruciat. quasi sit et ac tamen non solum propter finem quod sunt futuri. tamen cogitatum scilicet et in hac uita non habet requiem anima contemnentis omnia. Si cuius opus arserit. id est cremabile erit. patietur detrimentum. quia quod dilexit perdet. et per eo quod dilexit licet in istius punietur. Ipse quoniam autem tamen conditione propositam eis potius mallet carere quam christo. non timore amittendi talia deserit christum. quamuis doleat cum amittit. saluus sic erit. quia ipse quod sic tamen erit. quasi per ignem. quia ipsum tamen urit dolore amissorum. non tamen ea preferet deo. et si quem urit eum dolor amissorum non subuertit neque consumit eum fundamenti stabilitate et incorruptione munitum. ideo saluus erit. scilicet quasi per ignem. Iste ignis est temptatio tribulationis. de quo scriptum est. uasa figuli probat fornax et homines iustos temptatio tribulationis. Hic autem soler quia non opus illius exurit dicatur. quod Cor. Aug. Sed et non de eternis accipiatur operibus ut dictum est. Sed opus ardet. uel detrimentum patitur. non malum sunt. Aut igitur non ardent opera propter illa tamen signata aut mala sunt. Ideo ergo dicitur quedam per illa tamen mala opera non uerbis sed bona que ad sustentationem sui et suorum aliquid fecerunt. uel ad sustentationem ex natura indigentium. Sed quia hec opera fecerunt et aliquo amore temporalium. ideo hec opera dicuntur arsura. non quia eo puniantur quia hec fecerunt. sed quia terrenum aliquem affectum habent et hec fecerunt. non ille terrenus affectus est adeo malus ut destruat fundamentum. id est fidem quia per caritatem operatur. Sed si qui et caritatem et talem affectum aliquid habent. talis affectus uenialis est. Vel potius lignum fenum stipulam accipiuntur non bona opera non mala. quod sunt dampnabilia. scilicet peccata uenialia. Unde Gre. Quamuis hec de igne presentis tribulationis possit intelligi. tamen si quis de igne future purgationis accipiat. pensandum sollicite est. quia illum dixit per ignem posse saluari. non qui super fundamentum hec ferrum uel es uel plumbum edificat. id est peccata maiora et ideo duriora atque iam insolubilia. sed qui edificat lignum fenum stipulam. id est peccata minima atque leuissima. que ignis facile consumat. de quibus licet tamen minimis illic nichil purgationis quis obtinebit. nisi in hac uita positus hec promereatur. de hoc etiam Aug. Si hec pollicentur quisque huius nefaria opera regnum dei indicat. Quare non habeo signum christi et sacramenta. non delebor in eternum. scilicet per ignem saluus ero. Aut igitur apostolus fundamentum positum est et cetera. Quod est et inquit quid sequitur. Aliis super edificat aurum argentum lapides preciosos. alius lignum fenum stipulam. Hic est qui super edificat fundamentum uiuenda opera aurum argentum lapides preciosos edificat. Qui autem peccata lignum fenum stipulam. Cirillus. Sed autem

peccatum peccati similis est manere quia cito consumitur igni. quoniam edificatori apostolus a peccatoribus dicens. Qui super fundamentum christum edificat lignum fenum stipulam in quo manifeste ostenditur esse quedam peccata ita leuia ut stipule comparentur ligno et feno. Sciendum quod sicut fundamentum corporalis fabrice est in imo ita fundamentum spiritualis fabrice est in summo. Atque sicut pondus parietum tendit ad ima. ubi est suum fundamentum. ita spiritualis edificatio tendit ad summa. ubi suum est fundamentum. Nam et pondus geminum sit genera. Quorum alia ima petunt. ut lapis super aquam positus. et aqua super oleum. alia uero summa petunt. ut ignis et oleum. semper enim ignis superiora petit. et oleum et sub aqua fusum non se patitur subesse. Sic ecclesia in imo posita tendit ad celum. ubi fundamentum eius est christus. sedens ad dexteram patris. Uel aliter secundum accepti ab illo loco. ut sapiens architectus fundamentum posui. Sapiens architectus est qui secundum disciplinam auctoris collocat fundamentum. id est qui secundum traditionem saluatoris euangelizat. Alii autem super edificant. scilicet illi qui uenientes post apostolos docent. siue mali siue boni sunt. Sed uideant ut edificatio congruat fundamento. Unde subdit. Unusquisque autem uideat quomodo super edificet. ita secundum quod nostri sumus in christo apostoli. an secundum alios. ne si obliqua fuerit et friuola que super edificantur fiant. manente tamen inuiolato fundamento quod et si male aliquis docuerit. tamen christi nomen permanet. ideo de superedificatione uidendum est. Fundamentum enim aliud nemo potest ponere praeter id quod positum est quod est christus. quia nemo loquens preter christum sua contra predicaret. ideo quamuis aliqui heretici sint. non tamen docent non sub christi nomine. ut res contrarias et absurdas nominis dignitas acceptabiles faciat. Si quis autem superedificat super fundamentum hoc aurum argentum lapides preciosos lignum fenum stipulam uniuscuiusque opus manifestum erit. In auro et argento lapidibus preciosis preclaram doctrinam significat. uerbis aliis friuola et inana doctrina significatur. que et si nunc fallit in igne tamen apparebit. quod ardebit. bona permanente. et tunc manifestum erit. Dies enim domini declarabit quia in igne reuelabitur. id est mala doctrina in igne domini apparebit. tunc enim quedam fallit. et uniuscuiusque opus quale sit ignis probabit. quod si mala aliqua non timet ut quis exuratur. manifestum illum bonum fuisse doctrine. quoniam mala non doctrina ignis esca est. Si cuius opus manserit quod super edificauit mercedem accipiet. Cuius enim nichil in illo sordis inuentum fuerit. pure doctrine. sicut ignis non consumit aurum argentum lapides preciosos ita et bonum magisterium incorruptibilis permanebit. et erit ei merces uita eterna. Si cuius opus arserit detrimentum patietur. Opus igitur ardere dicitur. mala doctrina est. quia uritur. detrimentum pati est penas experiri. Quia scilicet in pena posita iactura non senciunt. Ipse autem saluus erit quod non uritur substancia qui constat id est bona doctrina in qua fundatus est. sicut doctrina mala perit. que accensa est saluus erit deo. Sic tamen quasi per ignem. quod non sine pena erit saluus. Per hoc ostendit saluum illum futurum. scilicet penas ignis passurum. ut per ignem purgatus fiat saluus. et non sicut perfidi in eternum pereant. pro eo quod ille ex parte credidisse christum.

Nescitis quia templum dei estis. et spiritus dei habitat in uobis. Si quis autem templum dei uio

Nescitis quia templum dei estis. id est spiritus dei habitat in uobis. Si quis autem templum dei uiolauerit disperdet illum deus. Uel ideo. Iste saluus erit per ignem. quia a fundamento non discessit sed. Si quis uel pseudo apostolus.

Cirill' in leuitico.

Aug. in p. xxvii.

Amb.

Aug.

Aug.

dedit referetur. i. ad eos quibus dedit. itaque spiritus sanctus non tantum patris sed et filii qui dederunt. Sed et inde dicitur quia accepimus. i. non est ille spiritus noster quo sumus, quia ipse spiritus est hominis qui in ipso est. ipsum etiam spiritum qui hominis dicitur accepimus. Sed aliud est quod accepimus ut essemus, aliud quod accepimus ut sancti essemus. Spiritum autem hominis in se ipsis acceperunt qui etiam aliam vel ipsi hic potentia conatur. deditque nobis naturam ut essemus. aliam ut viveremus. aliam ut intelligeremus. ut sciamus. quasi ad hoc accepimus spiritum ut per eum sciamus que a deo donata sunt nobis. Hic ergo probat quod spiritum dei accepimus, quia hoc scimus quod unicuique scire expedit, quia sine hac scientia nemo beatus est.

Aug. in libro de sca uiduitate.

Multi quippe habent multa dona dei nescientes a quo habeant, impia vanitate iactantur. Nemo autem de donis dei beatus est qui donanti est ingratus. Unde in evangelio: Qui habet dabitur ei. Plene enim habere est scire unde habeas. Non habere autem nescire unde habeas.

Aug.

Qui ergo non habet. i. nescit unde habet. id quod habet auferetur ab eo. Que et loquimur. i. loquimur illis. Sed pseudo alia loquuntur. loquimur dico non in verbis humane sapientie doctis. i. ornatu quo valebat non illa sola preciare veritatis ostendere quod eloquii unctione fuscaret. Sed in doctrina spiritus. Sed quia spiritus sanctus nos docet audientes. loquimur dico ita in doctantes omnia. Sed comparantes i. videntes spiritualia spiritualibus. quasi vos o corinthii non estis. vestra culpa est. non mea. quod maiora non dixi nisi vobis. Animalis autem homo. quasi vos estis quia donata sunt nobis. Sed animalis homo ut pseudo sunt non percipit ea que sunt spiritus dei. ut partum virginis. resurrectionem. Nichil enim estimat posse fieri nisi quod novit quomodo fiat.

Amb.

Amb.

Aug. in libro lxxxiii. quest.

Homo autem dicitur animalis vel vita vel animi sensu. Vita animalis dicitur qui fertur dissoluta lascivia anime sue. quam intra naturalis ordinis metas spiritus rector non continet. eo quod ipse deo se regenti dum non subicit. Animi vero sensu dicitur animalis qui de deo iuxta corporum fantasiam vel legis litteram vel rationem philosophicam iudicat. Talis autem animalis non percipit subdita. Stultitia est enim illi secundum humanum sensum. vero non potest intelligere spiritualia. vere animalis non potest intelligere spiritualia quia examinatur. i. examinatione comprobatione sunt illorum spiritualium. tantum spiritualiter i. a spiritualibus intelligere leguntur. Sed examinatur.

Capitulum 3

Vel ita. Vere animalis non intelligit spiritualia quia spiritualiter. i. per spiritualia tantum examinantur. Animalis. i. probat quod animalis est qui audita improbat. in non ob aliud ei proponitur non ut examinetur. Spiritualis autem. quasi animalis non potest intelligere. spiritualis autem in i. intelligit et discernit. omnia. non quod quecumque contineat omnia scientia. Sed que ad scientiam vitam sufficiunt. Sed omnia iudicanda.

Aug.

Spiritualis autem est homo vita vel scientia. spiritualis est vita qui spiritum dei habens vivere. anima vero scientia non spiritualis est qui et si ex parte per speculum videt. tamen de deo secundum ymagines corporum

doctis humane sapientie verbis: sed in doctrina spiritus, spiritualibus spiritualia comparantes. Animalis autem homo non percipit ea que sunt spiritus dei. Stultitia enim est illi et non potest intelligere [que scimus a deo donata nobis] *quia spiritualiter examinatur. Spiritualis autem iudicat omnia, et ipse a nemine iudicatur. Quis enim cognovit sensum domini aut quis instruxit eum? Nos autem sensum Christi habemus. Et ego fratres non potui vobis loqui quasi spiritualibus sed quasi carnalibus. Tamquam parvulis in Christo lac vobis potum dedi non escam. Nondum enim poteratis. Sed nec nunc quidem potestis.*

vel legis litteram vel humanam philosophiam non sapiens. spiritui dei subiectus. certissime ac fidelissime iudicat omnia etiam fide occultiora. non parvam cognitionem. Et ipse a nemine. Sed a nullo homine animali iudicatur. i. intelligitur bene an male intelligat. vel a nemine iudicatur. i. reprehenditur. Et hoc probat dicens. Quis enim animalis novit. i. cognovit sensum domini. qui hoc fecit. per quem sapientia mundi stulta est. et eius sensum non habens. et ideo non possit nos illum ut vel iudicare ut solent. Aut quis instruxit eum. ut dicat. quare hoc fecisti sic. quasi nullus. qui animalis possit cognoscere sensum domini. Ergo non nemo quia nobis tamen vel homines simus ipse idem. huius sensum fide etiam tenentes ea que Christi sunt. Et ego fratres. quasi dico quod sensum Christi habemus. tamen ostendo ego non potui. i. non debui loqui vobis quasi spiritualibus. i. sic soleo spiritualibus loqui. Sed quasi carnalibus. et hoc intelligentibus. Quia dedi. i. potum lac. i. facilem doctrinam. et dulce in nutrimentum. tamquam parvulis in Christo. i. in cognitione Christi. non escam dedi vobis. i. non altiora predicavi vobis. Nondum. Quia nondum poteratis eam. Ecce secundum hoc ostendit quod apostolus illis tamquam incapacibus interiora non altiora predicavit. Vel ita. non potui vobis loqui quasi sapientibus et cetera. Ostendit spirituales homines habere aliquid in doctrina quod carnalibus taceant. et spiritualibus dicant. quod utrumque videtur ex his verbis apostoli. dominus etiam ait. Multa habeo vobis dicere. Sed non potestis modo portare. Sed quod intelligentiam hec verba apostoli supra exposuimus. Sed est alius intellectus in his verbis non negligendus. Scire ergo debemus caritas non tam nullam videtur esse necessitas ut aliqua secreta doctrine taceantur fidelibus parvulis. seorsum dicenda maioribus. i. intelligentioribus. Et eadem predicantur apostolis spiritualibus et carnalibus quia quisque pro modo suo capiebat. illi ut parvuli. isti ut maiores. illi ut lactis alimentum. isti ut cibi solidamentum. quia et si non audiunt apostolum. tamen intelligunt apostolum. non enim equaliter omne percipiunt. i. quod in fide parvi ab utrisque recipitur. Ideo apostolus ait. non potui vobis loqui quasi spiritualibus sed quasi carnalibus. i. non potuistis accipere quod dicebam quasi spirituales sed quasi carnales. tamquam parvulis in Christo lac dedi vobis potum non escam. i. quod predicavi vobis fuit vobis quasi lactis potus non solidus cibus. Sicut enim Christus crux aliis stultitia est aliis scandalum. Vocatis autem sanctis est virtus dei et sapientia. Ita idem aliis est lac. aliis cibus

Adhuc enim carna
les estis. Cum enim
sit inter vos zelus et conten
cio. nonne carnales estis
et secundum hominem ambu
latis? Cum enim quis dicat
Ego quidem sum pauli. ali
us. ego apollo. nonne
homines estis? Quid igitur apol
lo? Quid vero paulus? Mini
stri eius cui credidistis. Et
unicuique sicut dominus dedit.
Ego plantavi apollo
rigavit. sed deus incrementum
dedit. Itaque neque qui plantat est aliquid neque qui
rigat. sed qui incrementum dat deus. Qui plantat autem et qui
rigat unum sunt. Unusquisque autem propriam mercedem accipi
et secundum suum laborem. Dei enim adiutores sumus
dei agricultura estis. dei edificatio estis. Secundum gratiam
dei que data est mihi. ut sapiens architectus fundamentum
posui. alius autem superedificat. Unusquisque autem vi
deat quomodo superedificet. Fundamentum enim
aliud nemo potest ponere preter id quod positum est quod
est christus ihesus.

Capitulum 2

Aug. in libro de trinitate.

Aug.

Aug. de fide et ope[re]

[illegible]

in domino glorietur. Et ego cum venissem ad vos fratres veni non per sublimitatem sermonis aut sapientie annuntians vobis testimonium Christi. Non enim iudicavi me scire aliquid inter vos nisi Iesum Christum et hunc crucifixum. Et ego in infirmitate et timore et tremore multo fui apud vos. Et sermo meus et predicatio mea non fuit in persuasibilibus humane sapientie verbis sed in ostensione spiritus et virtutis ut fides vestra non sit in sapientia hominum sed in virtute dei. Sapientiam autem loquimur inter perfectos sapientiam vero non huius seculi neque principum huius seculi qui destruuntur sed loquimur dei sapientiam in misterio que abscondita est quam predestinavit deus ante secula in gloriam nostram quam nemo principum huius seculi cognovit. Si enim cognovissent numquam dominum glorie crucifixissent.

[illegible]

principes istum esse qui promissus erat in lege. non tamen misterium eius quod filius dei erat, et abscondito sciebant. neque sacramentum incarnationis passionis et resurrectionis prodidit. Unde et in evangelio clamant demones. Quid nobis et tibi ihesu fili dei. magis ex suspicione quam ex cognitione dixisse credendum est. Vel si cognovissent, numquam dominum glorie crucifixissent. Sed nota quod ait dominum glorie. ex forma enim servi crucifixus est. tamen deus glorie crucifixus est. Talis enim erat illa susceptio, que deum hominem faceret et hominem deum. Quid tamen propter quid et quid secundum quid dicatur, prudens et diligens et pius lector intelligat. Nam exempli gratia deus glorificat suos secundum hoc quod deus est. ... dominus glorie crucifixus est, quia recte dicitur deus crucifixus non ex virtute divinitatis sed ex infirmitate carnis. Una enim persona est christus deus et homo. Unde dicit. Nemo ascendit in celum nisi qui de celo descendit. Si igitur attendas distinctionem substantiarum filius dei descendit et filius hominis crucifixus est. Si autem unitatem persone, et filius hominis descendit et filius dei est crucifixus. Propter hanc unitatem persone non solum filium hominis descendisse de celo sed et dixit esse in celo cum loqueretur in terra. Absit autem ut sic christus senserit mortem, ut quantum in se est vitam perdiderit. Sed nec ita certe. ... Sensit igitur mortem participatione humani affectus quem sponte susceperat. non sine perdita potentia per quam cuncta vivificat. Sic in sepulchro carnem suam commoriendo non deseruit. sicut in utero virginis nascendo formavit. Corpori enim quod non discedente vita sic passus est, non perdente potentia. Nemo aufert animam eius ab eo quia potestatem habet ponendi et potestatem sumendi. Ecce habes auctorem operis ponentem animam suam. Ecce hic opus auctoris. Ut generaliter concludam. Recens incarnatus aliquid patitur. operis auctoritate est quia potestate sua non alio cogente patitur. ipse auctor est operis. Non igitur ad maria locali motu ubi divinitas venit. sed ineffabili potentie sue plenitudine non separata. non dimisit patrem christus cum venit in virginem. neque totus neque totus perfectus. Unde non igitur credendum quia christus totus erat in inferno. totus in celo. tamen mortuus tamen vivus. nam quamvis in morte susceptio mortalitatis excepit. vitam divinitatis non perdidit. Morte igitur dei filius et in anima non pertulit. et in maiestate non sensit. sed tamen participatione infirmitatis rex glorie crucifixus est. Sed sicut scriptum est. quasi diceret. quod si cognovissent non crucifixissent. sed non cognoverunt. sicut scriptum est in ysaia. ubi scriptum est. Quod oculus corporis non vidit quia non est color. nec auris audivit quia non est sonus. nec in cor hominis ascendit quia non est homo id est carnalis. sed spiritus id est spiritualis quem novit et sensus. oculus non vidit id est visu corporeo. vel audi-

Sed sicut scriptum est quod oculus non vidit nec auris audivit nec in cor hominis ascendit que preparavit deus hiis qui diligunt illum. Nobis autem revelavit deus per spiritum suum. Spiritus enim scrutatur omnia etiam profunda dei. Quis enim scit hominum que sunt hominis nisi spiritus hominis qui in ipso est. Ita et que dei sunt nemo cognovit nisi spiritus dei. Nos autem non spiritum huius mundi accepimus sed spiritum qui ex deo est ut sciamus que a deo donata sunt nobis. Que et loquimur non in

tu non potest cognosci. nec in cor hominis eorum quia non est spiritus. vel cognoscitur sed non cor eius quia carnale est sed spirituale. Vel non ascendit in cor hominis quia non est aliquid terrenum. Unde in cor hominis ascendit. infimum cor hominis est. id in cor hominis ascendit quia supra illud est cui quod ascendit. Unde ascendit in cor hominis. de imo est ad hominem quod autem ascendit cor hominis sursum est ab homine. Infima igitur cor hominis est quod in corde ascendit. Supra cor est celum ad quod cor ascendit. ubi est quod deus reservat bonis. Unde subdit. que preparavit deus. vel non ascendit in cor hominis id est alicuius carnalis. tamen vel dicitur ascendere in cor ea bonum intellecta placere que preparavit. que non vidit oculus. non audivit auris. scilicet ea que deus preparavit in premium hiis qui diligunt eum. hoc est sapientia dei id est christus qui diligentibus deum in premium preparatus est. quem nemo principum cognovit. Nobis autem quasi illi non cognoverunt sed nobis spiritualibus non hominibus id est spiritualibus non carnalibus quia pseudo non sunt. revelavit deus que preparavit diligentibus se. Intelligimus enim deum preparavisse bonis in premium. revelavit dico. et hoc per spiritum suum. Nota quod in ysaia ita habetur. oculus non vidit deus absque te que preparasti diligentibus te. quod pene idem est in sensu. et eo quod apostolus posuit et sicut ibidem absque te. ita et hic bene addit apostolus. nobis revelavit deus per spiritum suum et bene per eum. Spiritus enim scrutatur omnia id est profunda id est dei ut de essentia dei. Scrutari autem dicitur spiritus dei omnia. non utique ut quod nescit inveniat. sed quia nihil relinquitur omnino quod nesciat. Vel id dicitur quia spiritus dei scrutari est quia scrutari te facit quod enim dono ipsius tu facis. ille facere dicitur quia sine illo non tu facis. Quis enim quasi vere spiritus dei et non alius sic omnia que dei sunt quod a minori ostenditur. Quis enim homo scit ea que sunt hominis. alicuius id est voluntates et secreta. nisi spiritus id est anima hominis ipsius et non alterius quia in ipso est. Manifestum est enim cogitationes unius a nullo sciri. non ab alio nisi quem spiritum dicit apostolus. Ita et que dei sunt. scilicet occulta et secreta dei. nemo cognovit qui adhuc sit homo id est carnalis. nisi spiritus dei id est spiritus sanctus. vel illi quos cognoscere facit. Unde subdit. Nos autem quasi spiritus dei novit. nos autem accepimus eum. non utique accepimus scilicet huius mundi id est spiritum phitonicum quem solet coniectis que mundi sunt divinare. quia per sibillam locutus est. quia per incantatoria sepe fallitur et fallit. Vel non accepimus spiritum huius mundi id est spiritum elationis qui doceat sapientiam mundi. sed accepimus spiritum qui ex deo est id est spiritum scilicet qui doceat sapientiam que de deo est. Spiritus igitur dei spiritus est caritatis. spiritus huius mundi spiritus elationis est et nos moveat. quia spiritus sanctus tamen hic nominatur et solus scire dicitur que dei sunt. ab hac ... scientia non excluditur pater vel filius sicut ab eo quod pater vel filius dicitur solus verus deus non excluditur spiritus sanctus id est dicitur. hec autem vita eterna ut cognoscant te verum et solum deum. et quem misisti ihesum christum. Attende et quod ait. accepimus spiritum dei. spiritus utique scilicet patris et filii est. necnon ... quod et datur et ad eum qui

Aug. Aug. Ambr. Ambr. Aug. Aug. contra maximinum. In eodem. Aug. de trinitate.

p eo quod debebat dicere. sapientibus dixit pereuntibus huius dicere. qui pereuntibus verbum crucis stultitia. his autem qui salui fiunt. id est nobis. scilicet credentibus uirtus dei est. quia credentes in cruce uirtutem dei intelligunt. dum sciunt quod occisus diabolum uicit et hominem liberauit. uel uirtus dei est. id est dat uirtutem credentibus per gratiam. cum res exigit fiunt miracula. Scriptum est enim. quasi ideo non misit me predicare in sapientia. quia predixerat quod eam non reciperet in predicatione euangelica. sed perderet et reprobaret de collegio predicatorum suorum. et hoc est quod ait. Scriptum est enim in abdia. Perdam sapientiam sapientium seculi. et prudentiam prudentium reprobabo. id est sapientiam mundanam et prudentiam eliminabo a predicatoribus euangelii. ut tales sapientes ut predicatores non recipiam. et sic est factum. Ubi est enim sapiens. ut predicatores. ut quasi si esse uoluit sapientiam illam abicere oportuit. Et nomen quod primo ponit generale. deinde subdit species dicens. Ubi scriba. Ubi conquisitor huius seculi. Sapiens generale est in utrisque. scilicet scribe et conquisitoris. Scriba est qui iudeis moribus et artibus precepta dat. Conquisitor est qui secreta nature rimatur. Tales non recepit deus ut predicatores sed stultos fecit. Unde subdit. Nonne stultam fecit deus sapientiam huius mundi. id est stultos ostendit sapientes mundi. Uel ita. Scriptum est enim. quasi uerbum dico pereuntibus. sic enim scriptum est. scilicet quod perderet et reprobaret falsam que fuerat sapientiam huius mundi. et hoc est perdam. id est irritam faciam sapientiam sapientium. non utique meam in meis perdam. sed illam que est illorum. quia sibi arrogant. non enim uera sapientia et uera prudentia perdit a deo. sed falsi nominis scientia quia sibi thesaurizant lingua mendacium. et defecerunt scrutantes scrutinia. et prudentiam prudentium. etc. quasi scilicet excogitauerunt ad aliquid probandum. non ideo hoc dicit. ut uera uis intelligentia possit a deo reprobari. sed quia eorum prudentia reprobatur. que in sua eruditione confidit. Ubi sapiens. probatione falsa insultat. dicens apostolus. Ubi sapientia de iudeis quasi de gentibus. qui nil ualet. et hic est inuectio in iudeos et gentiles. uerum distincte de utrisque subdit. Ubi scriba. de iudeis. Ubi conquisitor huius seculi. id est gentiles naturas rerum tantum inquirentes. qui inuenti sunt eorum sapientia in stulta facta. Itaque scriba iudeorum et legis doctores. et similiter impossibile deo credunt. tamen quod in lege non adeo aperte habetur deum dicunt dei filium esse mortuum. et hominem. gentilibus uero per humanam rationem stultitia. Sed nonne stultam fecit. sapientiam huius mundi. sapientia est mundi non infirmum

salui fiunt. id est nobis uirtus dei est. Scriptum est enim. Perdam sapientiam sapientium: et prudentiam prudentium reprobabo. Ubi sapiens? Ubi scriba? Ubi conquisitor huius seculi? Nonne stultam fecit deus sapientiam huius mundi? Nam quia in dei sapientia non cognouit mundus per sapientiam deum: placuit deo per stultitiam predicationis saluos facere credentes. Quoniam et iudei signa petunt: et greci sapientiam querunt. Nos autem predicamus Christum crucifixum

et stultum dei contempnunt. quod est scilicet in ratione sua mundi. quod impossibile iudicat. quod innatus uerbum non uidet. hanc autem deus stultam fecit. possibile fore declarando atque faciendo quod impossibile ipsa iudicat. Nam quia. quasi uere sapientiam mundi stultam fecit deus. quia per stultitiam saluat credentes. et hoc placuit ei facere. et hoc est quod ait. Ita placuit deo. ex bono placito enim ei est. saluos facere credentes. et hoc per stultitiam predicationis. id est per predicatores ignotos in mundana sapientia qui stulti uidebantur. uel per stultitiam predicationis. id est per rem predicatam que stulta uidetur. hec est passio Christi et mors. in qua humilitas est. et hoc est factum. ostendit propter quod ut inferre premisit. scilicet quia mundus non cognouit deum per. id est per sapientiam suam. id est sapientes mundi non cognouerunt deum per sapientiam suam. uel sapientes mundi non cognouerunt deum per sapientiam suam uel est supra. Non cognouerunt dico. in dei sapientia. id est per filium incarnatum. qui cum in carne manifestatus est. filius dei in hunc mundum missus est. non quod per locorum spatia ueniendo. sed in carne mortalibus mortalibus apparendo uenisse ad nos dicitur. Illuc enim ueniens ubi erat. quia erat in hoc mundo. et mundus per eum factus est. et mundus eum non cognouit. hec est lux que in tenebris lucet. et tenebre eam non cognouerunt ut autem comprehenderet. ideo uerbum caro factum est. Sicut enim curatio uia est ad sanitatem. sic medicina sapientie per hominis susceptionem curatis est accomodata infirmitatibus. de quibusdam contrariis curatis. et de quibusdam similibus. Serpentis enim sapientia. id est astucia decepti sumus. dei sapientia liberamur. et sic illa sapientia uocabatur. cum autem stultitia. sic ista que uocatur stultitia. sapientia est. scilicet contraria. Similia non sunt. quia per feminam decepti sumus. per feminam nati liberamur. homo homines. mortalis mortales. Uel ita dico quod non cognouit mundus deum per sapientiam. et hoc factum est in dei sapientia. id est hoc fecit deus alto consilio. scilicet ne superbirent. et ut fides et salus cognoscatur esse ex deo. non ex sapientia humana. Quoniam et iudei. quasi non cognouit mundus per sapientiam deum. ideo quoniam et iudei consueti ab antiquis petunt signa probantie. nescientes humilitatem dei. et greci. id est gentiles querunt sapientiam non uanam. scilicet que ingenio hominis sapientia uideatur. scilicet ut uerba quod predicant naturam pacientur. Nos autem predicamus. scilicet Christum crucifixum. quasi scilicet quia. quod non est iudeis signum potentie. sed scandalum. quia indignum est quod predicatores rubore sedis indignetur gentibus autem stultitiam. quia hoc quod predicamus uidetur stultitia gentibus. et ita in nobis si de sapientibus

aug. ier.

amb. amb.

amb. amb.

[illegible]

iudeis quidē scã
dalū gentib; autē
stulticiā. Ipsis
autē uocatis iude
is atq; grecis xp̄m
di uirtutē & di
sapientiā. Qa
q stultū ē di sa
pientius ē hoib;.
Et q infirmū
ē di fortius ē hoi
b;. Uidete enī
uocationē uestrā
frēs. q nō multi sa
pientes scđm car
nem. nō multi potentes. nō multi nobi
les. sed q stulta sunt mūdi elegit ds ut cōfū
dat sapientes. infirma mūdi elegit
ds ut cōfūdat fortia. ignobilia
mūdi. & contēptibilia elegit ds. & ea q nō
sunt ut ea q sunt destrueret. ut nō glorietur oīs
caro in cōspectu eius. Ex ipso uos estis
in xp̄o ihu. q factus ē nob sapiā a deo. & iu
sticia. & sctificatio. & redēptio. ut q admodū scrip̄tū ē. Qui gloriatur

[illegible]

Amb. x baptismo baptizatus. hic bene dicitur. quales sunt per laudaturi. quia tales sunt ostium nisi per quod intrandum est quod est christus.

per quem cognoscitur pater. Nemo enim novit filium nisi pater.

neque patrem nisi filius et cui voluerit filius revelare. Sic ergo ipse

Aug. per se novit patrem. nos autem per illum. sic intramus in ovile

per se. nos per ipsum ostium christus. Non enim se predicant. sed nos christum

predicamus. non ipse per se ipsum. sed nos per ipsum intramus christus.

ergo ostium est et pastor mundo per se. igitur pastor est dedit

membris suis. quia et petrus est pastor. et paulus pastor. et alii

Aug. sunt pastores. ostium nemo nostrum se dicit. Hoc enim sibi proprie te

nuit. nullus ergo ostium est nisi christus. et ipsi pastores sunt alii.

quia oves indisciplinate decipiunt facere scismata

et alia ostia sibi ponunt. quibus intrarent. ut non congregarent

sed ut errarent et dividerent. dicentes ego sum pauli et cetera.

sub his. Divisus est ergo christus. quia dicitur christum errentis. et quem

deus per firmavit. et quem in hominibus tribuatis. quia nec ho

Amb. mines gloriam dei parerent. Divisus est ergo christus. sed vos.

quia nullos dicitis christi. id est datores gratie. Adeo enim errabant

isti. ut putarent dari gratiam ab homine. non ministerio tantum

sed auctore. Reputabant christum in baptismo magis operari

per meliorem baptistam. minus per minus bonum. Ideo ait.

Divisus est christus. quia quod operatur ideo in omnibus divisus est. quoniam

ad vos dicunt credit in isto plus operari. in illo minus.

Vel ita. quia hoc dicitis. ideo christus iam a vobis divisus est. id est separatus.

Videbantur isti errabant quia ostia se preter christum constitue

bant. et fundamenta diversa ponebant. cum unum sit fundamentum

Aug. ex tractatu evangelii. ecclesie. quod nemo potest mutare. scilicet christus iesus. Ipse enim solus est pe

tra. super quam fundata est ecclesia. a qua nominatus est petrus. domino

ad illum dicente. Tu es petrus et cetera. Simon enim antea

vocabatur. hoc autem nomen scilicet petrus a domino ei impositum est. et

dicitur petrus in figura christianum populi. a petra christus. quia cum petra christus dicitur.

et petrus dicitur christianus populus. Non ergo petrus a petro. non petra a petro

dicitur. quoniam non a christiano christus. sed a christo christianus dicitur. Tu es ergo inquit pe

trus dicebat a petra quam confessus es. quia cognovisti dicens. Tu

es christus filius dei. et super hanc petram id est super me ipsum filium dei

Aug. non super te edificabo ecclesiam meam. super me edificabo te

et alios. non te super me. Non enim dicitur esse petra. scilicet christus. non a petro

petrus. scilicet a christo christianus. ne esset spes in homine. quia ale dicitur

enim quod spem suam ponunt in homine. Vel ne essent tot baptismi quot ser

Aug. super Iohannem. Intende. Aug. vi. quod nomen ministerii quod baptizandi dedit christus servis suis. potes

tatem non sibi retinuit. quoniam si vellet poterat servis suis

dare. ut servus daret baptismum suum tanquam vice sua

et potestatem suam poterat constituere in aliquo servo su

o. ut tanta vis esset in baptismo servi. quanta in hoc baptismo

a domino dato. sed hoc noluit. ideo ut in homine non esset spes

baptizatorum. Noluit enim servum ponere spem in servo

baptizatus. enim servus ut minister baptizat autem dominus

ego autem apollo. ego autem cephe. ego autem christi. Divisus est christus? Numquid paulus crucifixus est pro vobis. aut in nomine pauli baptizati estis? Numquid paulus crucifixus est pro nobis. aut in nomine pauli baptizati estis.

tamquam potestatem habens. et potuit hanc pote

statem servo dare ut dictum est. sed noluit. Si enim da

ret hanc potestatem servis. id est ut ipsorum essent quod

domini erat. tot essent baptismi quot essent servi. ut quomodo di

ctum est baptismus Iohannis. sic diceretur petri baptismus. baptismus pau

li et Thome. Ille enim baptismus Iohannis dictus est. sed forte aliquis

dicet. proba nobis. quia ille baptismus Iohannis dictus est. probo.

ipsa veritate dicente. quando interrogavit Iudeos. Baptismus

Iohannis unde erat. ergo ne tot baptismi dicerentur. quot essent servi

qui baptizarent. sibi tenuit dominus potestatem baptizan

di. servis ministerium dedit. Si ergo servus dicit se bap

tizare recte dicit. sed tanquam minister baptizat. ideo non dif

fert sive bonus sive malus. cum baptizandi congrue

ministerium baptizat. In his enim nemo dicit baptismus meus. cum

tamen dicat evangelium meum. prudentia mea. gratia mea.

licet hec sunt a deo in quibus differentia est. In his enim alius alio do

ctior est. et alius alio melius operatur in evangelizando. non sic

omnis equalis prudentia preditus. Aliquis autem alio magis mini

ne baptizatur. sive ab inferiore sive a maiore

baptizetur dici non potest. Ad hoc autem quod dicit Augustinus christum pot

estatem baptismi servis posse dedisse. opponitur sic. aliquis

bonus. potestas sive potentia dei essentia divina

est. quia non est aliud deo esse. aliud posse. Si ergo non potuit eis

dare ut essent quod ipse est. nec potuit eis dare posse

suum vel potentiam suam. scilicet quod ipse est. alioquin si potentiam

illam potuit eis dare quod ipse est. potuit eis dare ut

ipsi essent quod ipse est. Ad quod dicimus. quia non potuit eis christus da

re ut essent quod ipse est. tamen potuit eis dare potestatem

quam habet. id est potestatem quam possent remittere peccata quod ipse

solus potest. hoc est enim quod dicit potestatem baptismi scilicet potestatem

remittendi peccata. Potuit ergo eis dare auctoritatem

baptismi quibus contulit ministerium. ita tamen ut ipse principa

lis auctor existeret. potestatem non quod ipse est. sive posse

suum. quod est suum esse eis potuisse dare non dicimus. quemadmodum

dicimus eum dedisse nobis scire. quod ipse scit. id est dedisse

prophetis scientiam futurorum. quam habet. non quod deus nobis esse quod habet. vel prophetis scientiam quam est essentia di

vina. sed quia nobis deus per gratiam scire. quod ipse scit per naturam. et prophetis deus per gratiam

scire futura quae ab eterno ipse novit natura est. Alii dicunt potestatem baptismi. ut

in nomine eorum daretur baptismus. in quo fieret remissio peccatorum. sicut fuit in nomine christi.

et hoc potuit dare sed noluit. Sequitur. Numquid paulus. quia vos dicitis. ego sum

pauli ego apollo et cetera. Sed numquid paulus crucifixus est pro vobis. id est ut sit vobis auctor salutis

aut in nomine pauli baptizati estis. scilicet quod peccata dimittentur vobis. quasi non. Revocat illos ad

unum nomen. quod in multa nomina se scindere volebant. repellit eos ab amore hominis. ut christus

ametur. quasi nolo vos meos sitis. vel meci sitis. mei estote. omnis illi sunt quem pro nobis crucifixus est.

dimittuntur enim nobis peccata per nomen eius. non per nomen alicuius hominis. Unde Iohannes ait. Scribo

vobis filioli. quia remittuntur vobis peccata per nomen eius. Et nota quia per hoc tamquam te

nebant illi corinthii. facit eos erubescere de falsis quae tenebant. hoc enim

erat, perversum et detestabile eorum vitium quod dicebant: ego sum Pauli et cetera. nec illos quos in scismata dissiluisse redarguit arbitrium veram fidem habuisse. unde qui dicebant: ego sum Pauli, hoc utique falsum erat, quia scilicet sciebant Christum pro se esse crucifixum, et se in eius nomine non Pauli baptizatos, non erravit eorum scilicet divinum imitantes erant. hanc divinam veritatem iniquitate scismatum suorum detinebant. per hanc que veritatem quam tenebant ipsorum falsitatem convincit. Verum quippe per baptismum habebant, et ex eius veritate ut corrigerent falsitatem ab ipso audivit. Numquid Paulus et cetera. Ideo sursum sic, ut aliquando veram habent baptismum et non veram habent fidem. sic istis per veritatem quam habebant corrigitur falsitatem quam tenebant. sic per Christi resurrectionem quam credebant, probat resurrectionem mortuorum quam negabant. Sicut enim tunc eos qui mortuos resurgere non credebant, credebant tamen Christum resurrexisse. Gratias ago et cetera. quasi et quia de baptismo glorianini, ago gratias deo meo. de hoc quod neminem vestrum contendentium scilicet baptizavi nullum vestrum baptizavi nisi Crispum et Gaium. qui non sunt de contentione vestra, et non ideo dico quin bonum sit baptizare, sed ne quis dicat quod baptizati estis in nomine meo. de quo magis gloriamini. Notandum quod ut dictum est dominus Christus si voluisset baptismi sui potestatem dare alicui vel aliquibus perpetuis servis suis, ut quemadmodum per virgam florentem demonstratus est Aaron sacerdos, ita per aliquod signum demonstrarentur excellentiores sanctitatis ministri et dispensatores ministeriorum qui soli baptizare deberent. Sed si hoc fieret, ipsorum iam baptismus diceretur, quamvis eis a domino attributus, sicut baptismus Iohannis fuit. ideo apostolus agit deo gratias quod neminem eorum baptizavit, qui tamquam obliti in eius nomine baptizati essent, per hominum nomina se dividebant. Cum enim tantum valeret baptismus per hominem contemptibilem, quantum per apostolum datus, ita nec illi nec illius, sed Christi esse cognosceretur. quod Iohannes per spiritum columbe se didicisse testatur. Unde Iohannes quod aliud dixerat: et ego nesciebam eum, non plane video non quod sed aliquid eum sciebat, et sed aliquid eum nesciebat. sciebat quod sponsus esset et filius dei, sed nesciebat utrum esset daturus aliis potestatem baptismi an proprium baptismum esset habiturus et baptismi potestatem retenturus. Sed hoc per spiritum scivit, hoc didicit, velud columbam descendentem

Gratias ago deo meo quod neminem vestrum baptizavi nisi Crispum et Gaium ne quis dicat quod in meo nomine baptizati estis. Baptizavi autem et Stephane domum. Ceterum nescio si quem alium vestrum baptizaverim. Non enim misit me Christus baptizare sed evangelizare non in sapientia verbi ut non evacuetur crux Christi. Verbum enim crucis pereuntibus quidem est stultitia, his autem qui

et manentem super Christum. Unde ad ipsum dicitur: Super quem videris spiritum quasi columbam manentem et descendentem, hic est qui baptizat. sequitur. Baptizavi autem quasi non solum illos predictos baptizavi, sed et baptizavi Stephane domum, id est illius vernacule familiam, que non est de hac contentione. Scilicet qui de his certus sum quod baptizaverim eos. Ceterum nescio si quem alium vestrum, qui sit de contentione scilicet baptizaverim. Non enim. Ratio hic ostenditur cur tam paucos baptizavit, quia non misit me deus baptizare, quod a minoribus fieri potest, ne retardetur a predicatione de quo sublimiter sed evangelizare prius scilicet et baptizare. et multi docti possent. predicare autem evangelizare multo difficilioris et rarioris est operis. ideo doctor gentium prelatus excellentior est evangelizare se missum dicit non baptizare. hoc tamen necessitate instante interdum egit. non in sapientia, quasi dico quod misit me evangelizare non utique in sapientia verbi, id est in sapientia philosophorum que dicitur sapientia verbi, que dicitur sapientia, et si non sit. Vel ideo dicitur sapientia verbi, quia verbosos facit. ideo non misit me in sapientia verbi ut non evacuetur crux Christi. Per illam enim sapientiam crux Christi, id est mors Christi evacuatur, et impossibile seu dementia iudicatur, ut deus inmortalis moreretur. Vel evacuatur et crux Christi si quomodo vel bona non [illegible] alio aliquo modo preter eam credatur esse facta. vita eterna. Devitat quippe videri hoc dicere, sed in sapientia verbi que evacuat crux Christi, non est ista sapientia desursum descendens. Sed sacre scripture sapientiam non cogamus contra Christi gratiam disputare et ea dicere quibus demonstretur cognoscitur natura humana neque in parvulis medico indigere, que sana est et in maioribus sibi ad iusticiam si velit posse sufficere. Vel contra non presumit apostolus in sapientia verbi predicare, sed scripture auctoritate contentus simplicitati potius studere quam tumori. Vel non misit me predicare in sapientia, id est in lepore et ornatu verborum, quia predicatio christiana non indiget pompa et cultu sermonis, ne videatur esse ex industria et calliditate humane sapientie, non ex veritate. Ibi enim compositio verborum querit non teste virtute ipsa se non commendat veritas, sicut in sapientia mundana. Qui ergo fidem Christi verbis exornare vult, obscurat illam splendore verborum, ut non illa sed ipse laudetur. Ideo causam ostendens quare non in sapientia verbi addit: Ut non evacuetur crux Christi, sicut pseudo apostoli, ne stulti viderentur prudentibus mundi, in sapientia humana Christum predicabant dupliciter scilicet eloquentie studentes et que mundus stulta iudicat evitantes. Verbum enim quasi quis quereret an evacuaretur crux Christi. Respondet itaque: Verbum enim, id est predicatio crucis stulticia quod est, id est esse videtur pereuntibus, id est sapientibus huius mundi, quorum sapientia peribit, et falsa ostenditur, et cum ipsi dampnandi sint. Ideoque

Aug. contra pelagianos.

Amb.

Aug. de natura gratiae.

Aug. contra Felicianum.

Amb.

Amb.

Paulus uocatus apostolus Christi Iesu per uoluntatem dei et Sostenes frater ecclesie dei que est Corinthi sanctificatis in Christo Iesu uocatis sanctis cum omnibus qui inuocant nomen domini nostri Iesu Christi in omni loco ipsorum et nostro. Hanc epistolam scribit apostolus Corinthiis. Corinthii autem sunt Achaici. Hii ab ipso apostolo sunt conuersi, qui precepto domini admonitus resedit apud Corinthios per annum unum et menses .vi. docens inter eos uerbum dei. Sed postea multipharie a pseudo subuersi sunt, scilicet de baptismis se iactarent. Ita enim subuersi erant ut unitatem ecclesie scinderent, sacramentorum uirtutem iusti ex ministrorum meritis iudicarent. Putabant enim sacramenta maioris esse uirtutis si per bonos celebrarentur, minoris autem uel minoris esse uirtutis si per magis uel minus bonos darentur. Item quidam subuersi erant ut contempto apostolo de sapientibus secularibus se iactarent, quorum eloquentia et terrena philosophia delectabantur, ut sub nomine Christi hiis imbuerentur que contraria sunt fidei. Iustiam quidam erant eo quod non ueniret ad illos apostolus. Fornicatorem quidam qui uxorem patris tenebat inter se esse paciebantur. Sunt et alia capitula in suis locis notanda. De his igitur magna cum fiducia et caritatis affectu scribit eis apostolus, aliquando commonens, aliquando blandiens, aliquando arguens. Hec autem materie sunt cause propter quas scribit eis, ab erroribus ad rectam fidem et a scismatibus eos reuocans ad unitatem. Intentio ergo apostoli in hac epistola Corinthios ab erroribus et scismatibus ad fidem rectam et unitatis, et alios a peccatis ad bonos mores reuocare, et in eis confirmare. Consuetudo talis huius epistole sicut et aliis salutacionem prescribit et nomen suum quod celebre erat omnibus gentibus preponit, ut magistri nomine audito acquiescant correctioni. Et quod eis utile erat apponit dignitatis nomina non humilitatis ut seruus. Post salutacionem pro bonis eorum que bona erant gratias agit. Deinde increpat illos qui de baptistis se iactabant. Post retrahit eos ab amore terrene sapientie. Deinde redarguit eos de fornicatione quem inter se esse ferebant. Deinde increpat eos qui inuicem sibi iniurias et fraudes faciebant. Infideli

Paulus uocatus apostolus Christi Iesu per uoluntatem dei. et Sostenes frater ecclesie dei. que est Corinthi sanctificatis in Christo Iesu uocatis sanctis cum omnibus qui inuocant nomen domini nostri Iesu Christi in omni loco ipsorum et nostro.

...um examina requirebant. Postea instruit eos de matrimoniis et de perceptione eucharistie in qua plurimum errabant, et de aliis pluribus. Circa finem uero subdit moralem admonitionem. Premittit autem salutacionem dicens: Paulus uocatus, id est electus a deo, apostolus Christi Iesu, id est dei uoluntate missus ad predicandum gentibus Christum. Vel uocatus, id est ab hominibus priuilegio nominis dictus apostolus Christi Iesu. Hic aliter incipit quam ad Romanos, quia alia causa est hic quam ibi. Hic enim non uocat se seruum sicut ibi, quia opus erat hic precelsa auctoritate et commendatione contra superbiam Corinthiorum, qui quasi intumuerant. Apostolus dico, non per terram, sed per uoluntatem dei, quod non illi nostri pseudo qui nec missi sunt a deo nec unde est quod dicitur: et Sostenes frater. Hic dicitur apostolo de eis nuntiasse, ideo eum sibi in hac salutacione adiungit, per hoc indicans quod pro illis ualde est sollicitus, cum secreto per eum que inter eos geruntur, culpas eorum se scire innuit. Ideo autem frater dicit, quia per hoc remouet suspicionem sinistram ab illo, ostendens quod non malo animo de eis nuntiauit, sed ex caritate et desiderio correctionis. Paulus igitur et Sostenes scribunt hanc epistolam ecclesie dei, non hominum, ut uos faciatis eam attribuentes ministris, dispensatores esse quasi auctores, ita ut esset ecclesia hominum non dei. Quos autem ecclesiam dicat aperit subdens: scilicet sanctificatis in baptismo et his in Christo Iesu, id est per Christum Iesum, non per homines, immo a pseudo conuersi sunt. Ipsis dico uocatis sanctis, id est qui uocati sunt per predicatores, ideo eum sancti sunt. Vel uocatis sanctis, id est per electis a deo ad hoc ut sancti sint. Sed ideo dicit ut ostendat nil boni esse ab homine, sed totum a deo. Huius igitur apostolus scribit et omnibus, id est et omnibus scribit suffraganeis Corinthi, qui in eisdem uitiis laborant. Vnde subdit: qui in omni loco ipsorum Corinthiorum et nostro, id est in quibus premittit commisso, inuocant nomen domini, non aliud a deo. Sed hic inuocant deum, serui eius sunt. De quibus dicit: gratia et pax omnibus inuocantibus eum in ueritate. Sed non inuocat aliquis quod uult ad se uenire. Quod est inuocare, id est in se uocare. Qui ergo inuocat deum ut diues fiat, deum non inuocat. Nam cum dicis deus: da mihi diuitias, non uis ut ad te ipse deus ueniat, sed ut diuitie ueniant ad te. Deus autem gratis se uult coli et diligi. Hoc est enim caste amare, non quod dat aliquid preter se, sed quod dat se. Talibus dicit apostolus: qui inuocant nomen

Gratia uobis et pax a deo patre et domino nostro ihesu christi. Gratias ago deo meo semper pro uobis in gratia dei que data est uobis in christo ihesu. quia in omnibus diuites facti estis in illo in omni uerbo et in omni scientia sicut testimonium christi confirmatum est in uobis. ita ut nichil uobis desit in ulla gratia expectantibus reuelationem domini nostri ihesu christi. qui et confirmabit uos usque in finem sine crimine in die aduentus domini nostri ihesu christi. Fidelis deus per quem uocati estis in societatem filii eius ihesu christi domini nostri. Obsecro autem uos fratres per nomen domini nostri ihesu christi. ut idipsum dicatis omnes. et non sint in uobis scismata. Sitis autem perfecti in eodem sensu et in eadem scientia. Significatum est enim mihi de uobis fratres mei ab his qui sunt cloes. quia contentiones sunt inter uos. Hoc autem dico quod unusquisque uestrum dicit. Ego quidem sum pauli.

Rogo autem vos fratres ut observetis eos qui dissensiones et offendicula praeter doctrinam quam vos didicistis faciunt et declinate ab illis. Huiusmodi enim Christo domino nostro non serviunt sed suo ventri. Et per dulces sermones et benedictiones seducunt corda innocentium. Vestra enim obedientia in omnem locum divulgata est. Gaudeo igitur in vobis. Sed volo vos sapientes esse in bono et simplices in malo. Deus autem pacis conterat sathanam sub pedibus vestris velociter. Gratia domini nostri Ihesu Christi sit vobiscum. Salutat vos Timotheus adiutor meus et Lucius et Iason et Sosipater cognati mei. Saluto vos ego Tertius qui scripsi epistolam in domino. Salutat vos Gaius hospes meus et universa ecclesia. Salutat vos Erastus archarius civitatis et Quartus frater. Gratia domini nostri Ihesu Christi cum omnibus vobis amen. Ei autem qui potens est vos confirmare iuxta evangelium meum et praedicationem Ihesu Christi secundum revelationem misterii temporibus eternis taciti quod nunc patefactum est per scripturas prophetarum secundum preceptum

Christo confidunt non in alia re. Rogo autem, quasi hos praedictos salutate et imitamini, hos alios autem vitate. Id est rogo vos fratres ut observetis, id est discernatis eos qui faciunt dissensiones, id est qui faciunt vos dissentire, et offendicula, vitate illos dico existentes praeter doctrinam quam vos didicistis a veris apostolis, quia illi de lege agebant, quia cogebant credentes iudaizare. Isti sunt pseudo apostoli tamquam quos in tota epistola cavendos esse monet. Observetis dico et declinare ab illis debetis. Huiusmodi homines enim non serviunt Christo domino nostro sed suo ventri, aliis enim adulantur et aliis detrahunt ut possint suum ventrem implere. Et per dulces sermones et benedictiones seducunt corda innocentium. Compositis enim verbis suavem locutionem componebant quibus simplicium corda decipiebant. Vestra enim, quasi ideo moneo vos vitare illos quia fides vestra et obedientia ubique laudatur. Id est vestra enim obedientia divulgata est in omnem locum, quia estis in capite mundi et sic exemplo vestro iam possent alii corrumpi. Vel sic: rogo vos vitare et secure, quia obedientia, id est facilitas obedientiae vestrae divulgata est in omnem locum, ubique enim notum est quod complementum obedientiae quod bonum est. Inde gaudeo, unde subditur: Gaudeo igitur in vobis sed volo vos esse, id est ut vos sitis sapientes in bono discernendo et sitis simplices in malo, id est in aliqua parte mali. Deus autem, quasi volo ut sitis sapientes. Deus autem dator pacis scilicet Christus conterat sathanam, id est falsos praedicatores vel quoslibet vobis adversantes homines vel diabolum sub pedibus vestris, ut scilicet vos laedere non valeant. Sed potius si diabolus est contritus caput eius, sic enim dictum est in figura ecclesiae vel sensualitatis, id est primos motus suggestionum eius conteret. Id est faciet velociter scilicet in adventu meo, quod ut fiat: Gratia domini vel intimat autem gratia domini nostri Ihesu Christi sit vobiscum, gratia quam promisit in adventu suo iam optat eis. Salutat vos Timotheus adiutor meus, quod quasi coepiscopus et Lucius et Iason et Sosipater, qui huic etiam scire quod cognati mei genere vel fide. Secretarius autem congaudet coepiscopus et ideo praesentiare vos decet. Saluto vos ego Tertius in nomine domini, quod scripsi epistolam in domino. Iste Tertius erat notarius apostoli cui concessit sub nomine suo salutare. Salutat vos Gaius hospes meus. Hic est ille cui Iohannes scripsit in epistola canonica gaudens quod fratribus supervenientibus ministrabat. Et universa ecclesia, supra dixerat omnes ecclesias salutare illos, id est dicit universam ecclesiam salutare illos, quod puto non otiose dictum vel superfluum est. Nulla enim tantum ut superfluum posuit, sed hic dicit ecclesiam alicuius provinciae cuius Gaius erat. Salutat vos Erastus archarius civitatis Athenienses. Archarius dicitur ab arce, quasi princeps, vel potius dicitur ab archa, quia praeerat archae in qua ponebantur census tributorum et vectigalium vel dispensator civitatis. Et Quartus frater, quia primo nominatus est sic Tertius. Gratia, quasi Tertius hic non salutat vos. Gratia domini et cetera vel hic praedicti salutant vos et ego ipse subscribo propria manu: gratia domini nostri sit cum omnibus vobis amen, quasi sic ego moneo vos. Ei autem, scilicet deo tribuatur qui potens est vos, quasi in fide perfecta sint. Honor et gloria, ad quem solum omnia bona referuntur. In qua epistolae notatur summa quam hic principaliter intendit apostolus illos monere ut omnia attribuant gratiae dei. Dico quod potens est confirmare vos, id est iuxta evangelium meum, ad quod non discordat praedicatio Christi unde subdit et secundum praedicationem Ihesu Christi, quod evangelium id est quod praedicatum est secundum revelationem misterii taciti eternis temporibus, id est secundum quod revelatum est in deo occulto dei consilio et ab eterno tacito, secundum id est tempora dicit quae praecesserunt mundi exordium. Vel quod evangelium est secundum revelationem misterii temporibus eternis taciti, id est revelat ipsum misterium tacitum

mundi exordio. Constitutum dicit incarnationem christi. vel certa talia. que eternis temporibus erant abscondita. quia licet ex aliqua parte antiquis patribus cognita fuissent. plene tamen a nullo fuerunt scita. quousque suo tempore per ihesum christum sunt revelata. Scripturis prophetarum ab eo reserantis testimonium dantibus. Nunc predicationi. Ideo ergo dicitur. quod misterium nunc patefactum est. alii per scripturas prophetarum reserantas ab eo. patefactum est dico. Et hoc secundum preceptum. id est dispositionem eterni dei. qua ab eterno hec ordinavit. quod nunc facta sunt. Solus deus proprie eternus dicitur. alii vero ignis eternus. vel pena eterna est. non sic deus dicitur eternus. Ignis non dicitur eternus. quia licet sine fine sit. non est tamen sine initio. Verus autem et summus est. Illa enim vera eternitas. que est vera immortalitas. Hec est illa summa incommutabilitas. quam solus deus habet. quia immutari omnino non potest. Aliud est enim aliquid non mutari. et posse non mutari. Aliud autem non posse penitus mutari. Sic ergo dicitur homo bonus. non tamen sicut deus. de quo dictum est.

nemo bonus nisi solus deus. Et sic dicitur anima immortalis. non tamen sicut deus. de quo dictum est. solus habet immortalitatem. Et sic dicitur homo sapiens. non tamen sicut deus. de quo dictum est. soli sapienti deo. Sic dicitur ignis eternus. non tamen sicut deus. cuius sola immortalitas. ipsa est vera eternitas. Sequitur. Ad obedicionem. quod patefactum est illud misterium. et hoc in cunctis gentibus ad obedicionem. ad obediendum. id est ut obediant fidei. bonum operando. dico misterium tacitum. vel itaque aliis. sed cogniti soli sapienti deo. quia et si non sit hominibus revelatum. tamen soli deo cognitum est. qui solus perfecte novit. Et ita factum est in quo repperiuntur inquisitores. qui querunt. cur tam distulit deus venire. cur tot gentes perire permisit. In hoc autem quod ait. soli sapienti deo error quibusdam surrepsit. arbitrantibus solum patrem hic significari. et solum vere sapientem esse. cum tamen non sit dictum soli sapienti patri. sed soli sapienti deo. Et deus unus ipsa est trinitas. ut sic intelligamus solum deum sapientem. sicut intelligimus solum potentem. id est patrem. et filium et spiritum sanctum. qui est unus et solus deus. cui soli servire iubemur. Si tamen dixisset apostolus. soli sapienti patri. nec sic inde separet filium. vel spiritum sanctum. sicut in apocalipsi de filio legitur. quod habet nomen scriptum. quod nemo scit nisi ipse. nec ideo tamen dicitur pater nescire hoc nomen. a quo est filius inseparabilis. Sic ergo scit pater quod nemo scire dicitur est nisi filius. quia inseparabiles sunt pater et filius. Sic et si dictum esset soli sapienti patri. simul intelligi deberet. et filius et spiritus sanctus. quia inseparabiles sunt. Dico quod misterium patefactum est. Et hoc per ihesum christum. cui scilicet soli deo. vel cui scilicet christo. est honor a nobis et gloria in secula

eternum dei. ad obeditionem fidei in cunctis gentibus cogniti soli sapienti deo per ihesum christum cui sit honor et gloria in secula seculorum amen.

quia ipse est vera gloria et beatitudo. et summum bonum et hoc in secula seculorum. id est sine fine. Ecce ostensum est quomodo et ventum legi possit. quidam autem legunt sic. cui. si autem auferas cui. absoluta est lectio. Sed beatus augustinus dicit appositum et celat quomodo debeat accipi. ut non superfluat. et legitur alio modo. quia prius dictum est sic. ei autem qui potens est nos confirmare. scilicet deo patri. vel deo trinitati. potenti dico. iuxta evangelium meum et predicationem ihesu christi. secundum revelationem misterii temporibus eternis taciti. ad obeditionem fidei in cunctis gentibus cogniti soli sapienti deo. Hoc non intulit ei. in quam id est deo trinitati. vel deo patri. sit honor et gloria per ihesum christum. cui est honor a nobis. gloria in secula. sed addidit cui gloria. cum sufficeret ei gloria. Inusitata nostre lingue locutio est. non sensus ambiguus. Idem est enim dicere ordine inusitato verborum. ei gloria per ihesum christum. cui est gloria. quod usitato ordine dicitur. ei gloria cui per ihesum christum est gloria. quod eundem sensum decepit. sive hoc sive illo modo dicatur. per christum vero est patri gloria. id est clara cum laude noticia. quia per eum innotuit hominibus deus trinitas. quod est misterium tacitum ab eternis temporibus. quod per christum revelatum est. Quod ergo interpositum est. per ihesum christum. non ita debet accipi. tamquam dicatur soli sapienti deo per ihesum christum. ut scilicet deus solus sapiens per ihesum christum. sapiens esse intelligatur. non participando sed gignendo sapientiam. que est ihesus christus. sed potius ita debet accipi. ut intelligatur per ihesum christum. gloria esse soli sapienti deo. Quis enim audeat dicere per ihesum christum fieri. ut sit sapiens deus pater. cum secundum substantiam suam non dubitandum sit eum sapientem esse. potius quam sit substantia filii per gignentem patrem. quam substantia patris per genitum

filium. Restat ergo ut soli sapienti deo gloria sit per ihesum christum. id est clara cum laude noticia. qua innotuit gentibus deus trinitas. ideo per christum. quia ut alia taceam ipse precepit gentes baptizari in nomine patris et filii et spiritus sancti. non precipue commendata est huius individue gloria trinitatis. Deus itaque qui est ipsa trinitas. propterea solus sapiens dicitur recte. quia solus secundum suam substantiam sapiens est. non secundum accedentem vel accidentem participationem sapientie. qualiter sapiens est rationalis creatura. Ideo ergo dixit soli sapienti deo. quia deus est pater et filius et spiritus sanctus. et ipsa trinitas est solus sapiens deus. qui nec umquam potuit esse insipiens. nec umquam potuit non per gratiam particeps esse sapientie. sed sapiens immobilitate atque immutabilitate nature. Cui ergo sit gloria per christum. cui est honor et gloria. in secula seculorum amen.

Explicit epistola ad romanos.

Incipit epistola ad corinthios.

aug. aug. aug. aug.

deducar illuc si vobis primum ex parte fruitus fuero. Nunc igitur proficiscar in Ierusalem ministrare sanctis. Probaverunt enim Macedonia et Achaia collationem aliquam facere in pauperes sanctorum qui sunt in Ierusalem. Placuit enim eis et debitores sunt eorum. Nam si spiritualium eorum participes facti sunt gentiles debent et in carnalibus ministrare eis. Hoc igitur cum consummavero et assignavero eis fructum hunc proficiscar per vos in Hispaniam.

Scio enim quoniam veniens ad vos in habundantia benedictionis Christi veniam. Obsecro vos fratres per dominum nostrum Iesum Christum et per caritatem sancti spiritus ut adiuvetis me in orationibus ad deum ut liberer ab infidelibus qui sunt in Iudea et obsequii mei oblatio accepta fiat in Ierusalem sanctis ut veniam ad vos in gaudio per voluntatem dei et refrigerer vobiscum. Deus autem pacis sit cum omnibus vobis amen. Commendo autem vobis Phebem sororem nostram que est in ministerio ecclesie que est Chenchris ut ea[m]

longa mora scilicet; interim vos sperantes ne me accusetis retardantis. unde etiam vos dico: et a vobis deducar illuc · scilicet in Hispaniam · si tamen vobis primum fruitus fuero · id est de fructu vestro letatus ex parte illa qua in desiderio est. vel ex parte temporis · id est aliquandiu · quia hic non habeo locum · et vos inde desidero. Igitur nunc · id est indilate proficiscar in Ierusalem ministrare sanctis. qui omnia rerum suarum venditarum precia posuerunt ante pedes apostolorum · et passi sunt agibilibus suis. de his communis cura erat omnibus apostolis, proficiscar ministrare. Probaverunt enim · non eos coegi macedones · et achaici vel achaia vel macedonia et achaia facere aliquam collationem · iudeorum · in pauperes sanctorum qui sunt in Ierusalem. hii totos se dederunt divinis obsequiis. vel mundana cernentes · exemplum bone conversationis prebebant credentibus. istis munera fecerant achaici et macedones collectam pro qua re ad hoc opera romanos apostolus invitat · ut qui pro mundo omni munere [illegible] est · prius debet esse confirmari. Placuit enim illis · et ideo sunt debitores eorum. adeo invitat apostolus eos esse misericordes · ut et hic debitor dicatur ab eo qui nihil expectat · et ideo sunt debitores. Nam si gentiles facti sunt participes spiritualium · id est predicationis · et sacramentorum eorum · id est iudeorum · qui miserunt eis predicatores ab ierosolimis. debent utique et in carnalibus ministrare eis · id est iudeis. Hoc igitur quod [illegible] hoc placuit · scilicet facere collationem sanctis · qui sunt in Ierusalem · cum consummavero hoc · id est cum perfecero opus ministrationis · et assignavero eis · id est sub signo cuiusque ecclesie ostendero eis · fructum hunc proficiscar in Hispaniam · et per vos et non minimum corrigere vos. Scio autem · quod per vos transibo · scilicet scio · certus de gratia dei · quoniam iam diu veniens ad vos · veniam · tandem veniam tempore illo in habundantia benedictionis christi · id est magna vobis inferam predicando per benedictionem christi. hec autem benedictio est virtutum signorum que confirmant fidem · et que veniunt sunt. Obsecro igitur vos fratres per dominum nostrum Iesum Christum · id est sicut eum diligitis · et per caritatem spiritus sancti · id est si in vobis est caritas quam facit spiritus sanctus vestre · ut adiuvetis me · id est orationes vestras directis ad deum · id est per orationes vestras ad deum factas. Non ideo hoc dicit apostolus · quod ipse minus [illegible] quod illi minores sunt, sed docet ut ab ecclesia pro prelato suo fiat oratio · et sic utique rogat apostolus minores pro se orare. multi enim minimi dum congregantur unanimes fiunt magni · et multorum preces impossibile est ut non impetrent. Sic igitur cupiunt eum [illegible] ut libenter eum recipiant et gaudio caritatis. Unde subdit: ut liberer · quod obsecro ut iuvetis me in orationibus · scilicet orantes pro me ut liberer ab infidelibus qui sunt in iudea ne quod deserere [illegible] · et ita oblatio obsequii mei · id est [illegible] fiat accepta · quod sufficiens non diminuta sanctis qui sunt in Ierusalem. Vel fiat illis oblatio accepta · ut illi intellecta caritate apostoli erga se ipsos · cum illo unanimes deo gratias agant. [illegible] perfectum est ei · cuius ministerio [illegible] facti leti deum laudant. orate ita fieri · ut hoc facto veniam ad vos · in gaudio per voluntatem dei. hoc dicit ut ostendat omnia cum dei voluntate se agere. et refrigerer vobiscum · quod erit illis pacatis. Deus autem pacis · id est [illegible] me [illegible] ad vos · scilicet sive veniam sive non deus pacis sit cum omnibus vobis. deus pacis christus est · qui ait: Pacem meam do vobis · pacem relinquo vobis. qui cum suis est usque ad consummationem seculi. sicut ipse ait: Vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem seculi. ita et cum istis esse cupit apostolus esse. Sequitur amen · quod est confirmatio sui desiderii. Commendo autem [illegible] apostolus · quibus debeant credere romani. qui [illegible] ut dixi. hos autem imitamini. Commendo vobis · id est commendabilem vobis ostendo Phebem sororem meam vel nostram · in fide · que est in ministerio ecclesie · que est Chencris. Phebe divitissima mulier fuit et nobilissima · que ecclesiam in loco qui dicitur Chencris sustentabat sua substantia. Sed [illegible] tunc temporis pro aliquo negotio Romam profecta est · per quam forsitan hanc epistolam misit. Commendo ut suscipiatis eam in domino · id est pro domino digne sanctis · ut dignum est suscipere sanctos vel suscipi. Vel sic quidam codices habent.

suscipiatis in do
mino digne sanctis
et adsistatis ei in
quocumque negotio
vestri indiguerit.
Etenim ipsa quoque a
stitit multis et mi
hi ipsi. Salutate
priscam et aquilam adiu
tores meos in christo
ihesu. qui pro anima mea
suas cervices sub
posuerunt. Quibus non
solus ego gratias a
go. sed et cuncte ec
clesie gentium. et do
mesticam eorum eccle
siam. Salutate ephene
tum dilectum mihi qui
est primitivus asie in christo
ihesu. Salutate mari
am que multum laboravit
in vobis. Salutate an
dronicum et iuliam

cognatos et concaptivos
meos. qui sunt nobiles
in apostolis. qui et ante me
fuerunt in christo. Salutate
ampliatum dilectissimum
mihi in domino. Salutate ur
banum adiutorem me
um in christo. et stachin dilectum
meum. Salutate apel
len probum in christo. Salutate
eos qui sunt ex aristobo
li domo. Salutate he
rodionem cognatum
meum. Salutate eos qui
sunt ex narcissi domo
qui sunt in domino. Salutate
tryphenam et tryphosam.
que laborant in domino. Salutate persidam carissimam
que multum laboravit in domino. Salutate rufum electum
in domino. et matrem eius et meam. Salutate asincritum
flegontem. hermen. patrobam. hermam. et qui cum eis sunt
fratres. Salutate filologum. iuliam. nereum et sororem eius
et olimpiadem. et omnes qui cum eis sunt sanctos. Salutate in
vicem in osculo sancto. Salutant vos omnes ecclesie christi.

et patrem domini nostri
Iesu Christi. Propter quod
suscipite invicem,
sicut et Christus suscepit vos
in honorem dei. Dico enim
Christum Iesum ministrum fu-
isse circumcisionis propter verita-
tem dei, ad confirmandas
promissiones patrum.
Gentes autem super misericordia
honorare deum, sicut
scriptum est. Propter hoc
confitebor tibi in gentibus
domine, et nomini tuo
cantabo. Et iterum
dicit. Letamini
gentes cum plebe
eius. Et iterum. Lau-
date omnes gentes
dominum, et magnifica-
te eum omnes populi.
Et rursus Ysaias
ait. Erit radix
Iesse, et qui exurget

christum mittendo. Vel aliter quia creator est et qui benivolus est, honorificate eum
vos sapiendo, quia qui idem sapiatis, deum honorare non potestis. Propter quod, scilicet
(sicut et christus suscepit nos infirmos)
ut deum honoretis, suscipite invicem infirmos, in honorem dei, id est ut faceret
nos immortales. Dico enim, vere christus suscepit infirmos, quia iudeos et gentes
iudeos in ipsis quia ita suscepit, ut esset minister eorum, id est apostolus et predicator eorum,
sicut est quod ait. Dico enim christum ministrum fuisse, id est apostolum et predicatorem circumcisionis, id est iu-
deorum, ad quos corporaliter venit. Sic ipse dicit. Non sum missus nisi ad oves que perierunt domus israel.
Et minister fuit iudeorum, et hoc propter veritatem dei, scilicet ad confirmandas promissiones, ut vera-
ciem esse, id est ut se veracem esse ostenderet in promissis, et impleret promissa patribus iu-
deorum, promiserat enim abrahe, in semine tuo benedicentur omnes gentes. Vel david, De fructu ventris tui ponam
super sedem tuam. Et balaam dixit. Orietur stella ex iacob. Certe exclusi paterer quia non repu-
lit deus iudeos, quibus ipse veritas exhibita est, gentibus non, una prestita est, quibus
nulla promissio facta erat. Impleta quidem est veritas dei in illis, qui credidere
venientes in parietes ex circumcisione applicans se ad lapidem angularem, scilicet ille
lapis angularis non faceret, nisi in se parietem alium susciperet. Ille namque
paries unusquisque, ipse pertinet ad veritatem, ille non aliud ad misericordiam, ut in sequentibus.
Gentes autem, quia non fuit iudeos christus assumpsit propter veritatem, sed, gentes assumpsit
propter misericordiam. Vos dico gentes debere honorare deum super, id est de misericordia, quia eas preter meritum
suum, non ad eas missus suscepit, videlicet omnes adduxit. Hoc autem testimonio
propheticorum probat subdens. Sic scriptum est in psalmo. Et auctoritate confirmat
de gentibus quod assumpte sint, de quibus nunc videtur. Propter hoc, scilicet ipsa, quia tu in
gentibus, id est faciam te confitentes de gentibus. Confessio autem non tantum peccatorum est
sed laudis, ideo et nomini tuo cantabo, id est faciam cantantes te carmine novum, et te leti-
cia te laudantes. Et iterum david dicit. Laudate omnes gentes dominum, et lauda-
te, vos omnes gentes domini. Omnes populi, scilicet et iudei, magnificate eum, quia ante christum in multiplex
bus sine gentibus adiectis. Et rursus ysaias quod david ad idem pertinens ait.
Iesse quis fuit pater david, qui in ysaia dictus est. Erit radix david arbor fuit
que ramum, id est mariam, fecit fructum christum, quia maria genuit christum, dico quod Iesse
erit radix, id est ex hac radice erit ille, qui exurget a morte, regere gentes
per fidem et opera bona, in eo gentes sperabunt in eo. Deus autem spei. Sed semper quia mo-
neo vos invicem suscipere. Deus autem dator spei, id est qui dat spem. Vel deus spei, id est in
quem speramus, repleat vos omni gaudio spirituali, ut nemo invicem doleat, sicut solebatis do-
lere in lite, et ut possitis gaudio repleat vos pace habita in credendo,
id est det vobis pacem, id est concordiam ad invicem, et hoc utique erit si sit sana fides.
Ut habundetis, quasi hec predicta det vobis deus, ut pace habita habundetis
in spe, id est certiores sitis de eterna beatitudine, et habundetis in virtute spiritus sancti,
id est in fortitudine bone operationis, que datur per spiritum sanctum. Certus sum autem et
ego, hic videtur intellegere apostolus omnes esse discordes, et ad corrigendum insipi-
entes, ut moneret hoc quod ideo incepit, ut admoneat perfectiores de correctione minorum, et ipse ponit se
exemplum qui laborat de aliis, et opus est ut nihil faciat, est ipse alius impedire, ad consuetum non sint, quia
sit ita moneo vos suscipere invicem, tamen omnes indigetis hac admonitione. Certus sum enim et cetera. Vel sic in-
late autem sic iunge, moneo vos suscipere, sed tamen et ego ipse quia ita loquor. Certus sum de vobis omnibus etiam de hiis quos
in nostris non solus ego. Pleni estis dilectione, quia velitis bonum, et repleti sciencia quia possitis cognoscere omnes sci-
entes in more legis, ita repleti estis his duobus ut possitis non culpa vestra remaneat in more vos.
ut non dicam docere, alterutrum, id est vicissim alter alterum. Notatur per hanc laudem provocat ad meliora eos more ex-
hortantis. Vel aliter videt se laudari laborat, ut ita sint quod ostendit. Non enim dicit eos se docere, sed monere, id est non
dicit ut se doceant, sed moneant, quia quod sciant, sed subiectum fugiant. Non hoc solet moneri quod cum sciant aliquando

regere gentes, in e-
um gentes sperabunt.
Deus autem spei repleat
vos omni gaudio et pa-
ce in credendo, ut
habundetis in spe
et virtute spiritus sancti.
Certus sum autem
fratres mei, et ego
ipse de vobis, quoniam
et ipsi pleni estis di-
lectione, repleti
(Et iterum ysaias dicit. Letamini)
omni sciencia, ita
(unum ovile cum plebe eius. i.)
ut possitis alterutrum
monere.
Audatius autem
scripsi vobis fra-
tres ex parte, tam-
quam in memoriam

Aug.
Amb.
Amb.
Amb.
Amb.

nos reducens propter
gratiam que data est mihi
a deo ut sim minister
Christi Jesu in gentibus
sanctificans evangelium
dei ut fiat oblacio
gentium accepta
et sanctificata in spiritu
sancto. Habeo igitur gloriam
in Christo Jesu ad
deum. Non enim audeo
aliquid loqui
eorum que per me non
efficit Christus in obedi
entiam gentium
verbo et factis in vir
tute signorum et pro
digiorum in virtu
te spiritus sancti. Ita ut ab
Jerusalem per circuitum
usque ad Illiricum
repleverim evangelium
Christi. Sic autem
hoc predicavi evangelium

sibi credere fingit animo aut negligentius habetur. Audacius autem quam
plene estis dilectione et scientia. Sed tamen et si pleni estis. Audacius vel aliquanto
tamen audacter scripsi vobis fratres. Vobis dico ex parte perfectorum id est pro
fectis omnibus. Nam quantum ad alios non esset audacia. Vel scripsi ex parte id est ex
clesie dei. Vel ex parte scilicet epistole. Scripsi dico non quia putem vos insipientes sed
tanquam ... in memoriam id est quasi faciens vos memores quid agere debeatis. In quo
eos quasi oblitos latenter arguit. Dico quod scripsi vobis audacter sed non temere
quia hoc ad me pertinet propter gratiam que data est ... ministrum a deo id est per
apostolatum mihi datum a deo quem possum meo omittere non potui. Datam est mihi di
co gratia a deo ut sim minister Christi Jesu quasi sacerdos non alius instituit. Minister dico
in gentibus. Unde et temere scribit eis sed apostolus gentium audet omnibus gentibus scribere
auctoritate sibi data per gratiam dei. Ego dico sanctificans id est sanctum esse ostendens
et confirmans evangelium dei operatione bona et miraculis. Ut oblacio gentium sit ac
cepta deo et sanctificata id est ut gentes quas offero sint accepte deo fidei perfectione et sanctifica
te bona operatione et hoc in spiritu sancto. Ergo gratia est fides et bonum opus. Ideo tamen ago ha
beo igitur gloriam id est tantum dignum gloria sicut vos sine fratribus laborantis. Gloriam dico
referendam ad deum in Christo Jesu id est per ipsum Christum. Est gloria hanc ago habeo dico gloriam
et recte. Non enim audeo ut pseudo loqui aliquid eorum que per me non efficit Christus id est ea
loqui tantum que per me id est ministerio meo Christus efficit in obedientia gentium id est ut gentes
obediant evangelio. Hoc dicit apostolus ut ostenderet se preferri quam apostolos qui eum Christo
fuerunt. Nec aliquid mihi attribuo quantum invenitur operatum esse. Efficit dico verbo et factis
id est in virtute signorum minorum et prodigiorum maiorum id est per predicationem meam et bo
nam operationem et per potentiam maiorum et minorum miraculorum factorum in virtute spiritus sancti
quia in virtute talia operatur quia nunc operantur ita laboravi ut repleverim id est plene predi
caverim evangelium Christi per circuitum id est circumquaque ab Jerusalem usque ad Illiricum in quo mag
na spiritus sancti virtus apparet quod tot gentes per me evangelium receperunt. Hoc autem
evangelium predicavi sic id est in talibus locis ubi non est nominatus Christus a pseudo apostolis quia ne
edificarem super alienum fundamentum. Sed vel illud facerem sed non contingeret quod edificarem scilicet ab alienis fundamentis
id est super doctrinam a pseudo apostolis traditam. Non sum enim hic apostolus sed quia sciebat
pseudo apostolos aliter quam oportebat Christum induxisse in suo nomine et falsa docere.
Quod perversa corrigere maximum erat laboris. Ideo solicitus erat prevenire
pseudo et veritatem integre tradere non ubi nominatus erat Christus ut integre hunc
a superficie ordinata in eo firme fundamenti robur haberet. Quod testimo
nio prophetie probat subdens. Sicut scriptum est. Vel per bonis apostolis intelligens hoc
dicit scilicet predicavi et hoc non ubi nominatus est Christus ab alio apostolo. Ne edificarem scilicet ab alio fundamento scilicet id est ne
predicarem iam per alios conversis. Quod hoc non facerem si contigisset sed malebam iacere fun
damentum fidei ubi non erat quam super aliorum predicationem. Hoc autem prophetico testimo
nio confirmat dicens. Sicut scriptum est quasi ita hoc feci sicut scriptum est in Ysaia. Quibus
quibus non est predicatum de eo id est de Christo ipsi videbunt id est credent et qui non audierunt per predi
cationem alicuius intelligent mea predicatione et iam enim vero esset immolabitur de verbo dei intellectus. Festina
vit apostolus gentes veritate imbuere. Propter quod scilicet quia tot predicavi impediebar plurimum venire ad vos. Sicut in initio
epistole dixit quia sepe proposui venire ad vos et prohibitus sum usque adhuc quasi nec absolute ostendens
quid causa sit impedimenti scilicet excluderet pseudo apostolorum perversa contra. Veniet quia postquam omnibus intentum predicavit vacaret
et dicit venire Romam quod olim optaverat. Venturum tamen se esse promittit quia in Hispaniam erat iturus. Unde subdens. Nunc
vero ulterius non habens locum id est causam morandi in his regionibus. Cupiditatem autem veniendi ad vos habens ex multis iam precedentibus annis et cetera. Per in Hispaniam hoc
dicit quia illos preoccupare festinat. Ideo ad illos difficile et sunt pseudo apostoli ideo tardare licuit. Cum
illuc proficisci cepero spero quod ex me nil possum sed in dei nutu. Spero quod videam vos scilicet preteriens quia non indigentis

gratiam non ubi nominatus
est Christus ne super alienum fun
damentum edificarem.
Sicut scriptum est. Quibus
non est annunciatum de
eo videbunt et qui non au
dierunt intelligent.
Propter quod et impe
diebar plurimum
venire ad vos et prohi
bitus sum usque adhuc.
Nunc vero ulterius locum non
habens in his regionibus
cupiditatem autem
habens veniendi ad
vos ex multis iam prece
dentibus annis cum in
Hispaniam proficisci
cepero spero quod preteriens
videam vos et a vobis

Amb. Amb. Amb. Amb. Amb. Amb. Amb. Amb. Amb.

deducar illuc si vobis primum ex parte fruitus fuero.

Amb.

sci. q̄ si ꝓp cibū frater tuus non dico scādali zat. s; q̄ minus ē s. iā cōtristat. ex h solo pa tet q̄ n̄ ambulas sc̄dm caritatē. in q̄ peccas. s. q. n̄ ambulas scd̄ caritatē. Caue g̈ ne cōtristes cibo tuo fr̄em tuū. plus aūt caue ne pdas. uñ subd̄. Noli cibo t. il. pde. p quo x̄ tm̄ q̄d fe cit q. mortuus ē. ex cuı̄ morte cognoscere q̄m tū ualeat salus frīs. Debes g̈ illū cōfirmare in bon̄. n̄ scādalizare. ne p te friuola fac̄ illū seru pulū. i. q̄ruq̄d sit cōtristat. l̄ pdat cibo tuo. Nō g̈ blasphemet b. n. i. p h minimū. cet̄a bona n̄ obfuscet. q̄ q̄ sic opa bona si rep̄hendant in re minima. bonū suū obfuscat. i. incip bonū eı̄. blasphemari p malū. Vñ in ezechiel. Justicia iusti n̄ pficiet ei. si errauit. Vl̄ n̄ blasphemet. b. n. i. questio ıā se bona n̄ sit blasphema bil. q. ē dū alıı̄ noceat. i. q̄ nocet. abstine. q̄ n̄ ē ēā regni dī. q. si ēēt. p uılli scādalo omittes. i. q. n̄ sit ēā regni. dic sic. Non. n. ē. q. id ab stine. q̄ esca i po. n̄ ē. r. d. i. boꝝ usu n̄ acqrit regnū dī. sic n̄ amittit. Nō. n. usus cibor̄. s; cōcu piscentia ē refrenāda. n. u. uit̄ ē oīo. q̄d aliū tor̄. l̄ q̄mo q̄s accipiat. dū m̄ id faciat. p cōgruē tia boni. ē q̄b uiuit. i. p̄sone sue. p qualitudi nis sue necessitate. s; cōm̄a facultate. i. cōsuetu te aū caritat̄ hīs. ē l̄ oportet. l̄ i. necc̄e hīs caret ut dic ap̄ls. scio habūdare. i. penuriā pati. sic iustificat̄ sap̄ia a filiis suis. q̄ intelligēt. n̄ in abstinēdo. n̄ in māducado ēē iusticiā. s; in eq̄n imitate tolerādi inopiā. i. tēmp̄antia n̄ se cor rūpēdi p habūdātiā. atq; oportune sumēdi l̄ n̄ sumēdi. Justificatiq̄ sap̄ia a filiis suis. q̄ in telligēt tenendis tēnis opportunaq̄ ēē debe. fa cilitatē n̄ carēdi talib. i. nunqm̄ fruendi eē nis n̄ uariari oportet p cōp̄a. s; ꝓpectno temne. Vñ subd̄. s; iusticia. q. esca i potus. n̄ ē ēā regni. s; iusticia. ut fr̄i facias q. ē tuis. i. pax i. cōcordia q̄ ē effect̄ iusticie. i. gaudiū. n̄ tamq; in epul̄. ut multi solēt. s; in sp̄u sc̄o. i. de donis sp̄c sc̄i. n̄ sup bire. s; uelut cū gratiē accipe. h gaudiū o rit. de sincerā pace. sic de disceptacioē nascit. ira. u. n̄ sp̄s. s. q̄ in sol̄ pacificis ē. cuı̄ g̈ra. h ta sic in aliq̄. q̄ n̄ intus b sit o diuant. Qui. n. q. ue iusticia. i. pax ēā regni ē. q̄. n. in h. s. iusti cia. pace. i. gaudio. seruit x̄. placet dō. q̄ h p̄ci pit. q̄ nulli scādalū fec̄. i. pbat ē hoīb. o stinq̄. placet tamq; dō. s. q. gaudiū ē in sp̄u sancto.

Aug. q̄n. eūgħ.

Aug.

Amb.

ꝓpt cibum frat tu us cōtristat. iam n̄ sc̄dm caritatē ambulas. Noli cibo tuo illū pde p q x̄. mortuus est. Non g̈ blasphemet bonū nrm. Non ē. n. regnū dei esca. et pot. s; iusticia. et pax. et gau diū in sp̄u sc̄o. Qui e nim in h seruit x̄. pla cet dō. et pbat ē hoī b. Itaq; q̄ pacis st̄ sectemur. et q̄ edificatio nis st̄ inuicē custodi am. Noli ꝓp escā destruere op dei. Oīa q̄d munda st̄. s; ma lū ē. hoī q̄ p offendi culū māducat. Bo nū ē n̄ māducare carnē. et n̄ bibe uinū. neq; in q̄ fr̄ tuus offendit. aut scādalizat. aut

pbatus n̄ habet hoīb sc̄dm iusticiā i pac̄ q̄ disceptacio discordiā parit. Itaq; di missis remā trīs iudiciis. sectem̄ q̄ p. st. n̄ di scordie. i. custodiam inuicē. s. iud̄s cū gētilē i gētil̄ erga iudē. q̄ edificationis s. ē pace docēdo alios. ut cet̄i edificent. Vl̄ iā edifi cati cōseruēt. Noli i. ē. q. h sectem̄. s; n̄ de struam op dī. Vl̄ ita iunge. Ideo tm̄ n̄ de bes ē offēdiculo frīs. ēē. q̄ destrues op dī. i noli ꝓp escā sup. l̄ n̄ sūptā. destruere op dī. i. fidē i alias uirtutes. i bona q̄ in eo dn̄s opa t ē. n̄ dico ꝓp escā. q̄m munda sit. q. Oīa. creata q̄d munda st̄. q̄ ut in genesi legit. oīa fec̄ dn̄s ualde bona. s; malū ē h. q̄. m. p. of. alioꝝ. Cū mo mag̈ dī. Vt adā pomū. esau lentē. iudi carnes in deserto. Dei. n. iustifi tiens n̄ parua erat offensio repudiare q̄ da bat sap̄ia. i murmurare. q̄ id deerat. in q̄d inhiabat cōcupiscētia. fastidiebāt q̄ ppe q. habebāt. i q. n̄ habebāt. impudent̄ pe tebant. Fecerēt culpabili cōcupiscētia q. malo suo impetuerēt. Concupierūt car nib uesci. q̄b pluebat̄ māna de celo. i m scirent n̄ dī creatā ēē culpabilē. q̄ creatā dī oīs bona ē. s; inobedientiā cōtumacē. i n̄ ordinatā cupiditatē. non ꝓp porcum. s; ꝓp pomū morte p̄m hō inuenit. i esau p̄ma tū suū. n̄ ꝓp gallinā. s; ꝓp lenticlā pdidit. n̄ g̈ immūdiciā obsonii timeo. s; immun diciā cupiditatis. Scio enī noe oīne gen carnis. q. cibo ēēt usui māducare cōcessū. helīā carnis cibo refectū. Johm mirabili ab stinēcia p̄ditū. aūlib. i. locustis in escā cedē tib n̄ fuisse pollutū. Et scio esau lenticule cōcupiscentia deceptū. Et dauid ꝓpt aque desiderium a se ipso reprehensū. i regem nrm n̄ de carne s; de pane tēptatū. Bonū ē. q. ab hīs p offēdiculo abstinere. q̄ i ab oīu carne i uino. Boñ ē. n. t o homo. n̄o māducare. car. i uī bi. ui. neq; aliq̄d fac̄. in q̄ fr̄. t. offend. pturbatus nesciens q̄d teneat. i. in quo est ei causa dāpnationis offendit enim qui a fide recta discedit.

aut scandalizatur. i. contristat̄. aut infir mat̄. ut dubitet. et si non offendit. Infirmat̄. n.

infirmat̄.

infirmitas. Tu fide
habes penes temet
ipsum habe coram deo. Be
atus qui non iudicat semet
ipsum in eo quod probat. Qui
autem discernit si mandu
caverit dampnatus est quia
non ex fide est. Omne autem quod
non ex fide est peccatum est. De
bemus autem nos firmiores
imbecillitates infirmo
rum sustinere et non nobis placere.
Unusquisque vestrum proximo suo
placeat in bonum ad edifica
tionem. Etenim Christus non sibi placu
it sed sicut scriptum est improperia i
mproperantium tibi ceciderunt super
me. Quecumque enim scripta
sunt ad nostram doctrinam scrip
ta sunt ut per patientiam et conso
lationem scripturarum spem ha
beamus. Deus autem patientie et solatii det vobis
idipsum sapere in alterutrum secundum Ihesum Christum ut
unanimes uno ore honorificetis deum

amb.

amb.

aug.

amb.

peccati libidinis stimulos. quasi dicat: licet perfecta fides sit, qua omnia licere credis, tamen qui infirmus est, id est qui timet ea sine timore manducare, olera, id est tenues et aridos cibos, qui non sunt fomenta vitiorum, et abstineat ab illis quibus libido excitatur. Crassitudo enim carnium et deliciose epule provocant corpus ad libidinem. Is qui manducat, subaudi omnia, super precepta non disceptare de cogitationibus aliorum, sed precepta non spernere alios, quasi dicat: hec itaque sint. Is qui manducat omnia indifferenter non spernat non manducantem, id est abstinentem, quia voluntatis est edere et non edere. Ideo eos hic sic non debet; omnia enim voluntati humane subiacent, sicut et domino bruta subiecta sunt. Et qui non manducat omnia non iudicet manducantem, id est non credat et asserat eum peccare, cum nesciat quo animo faciat. De manifestis autem, non de occultis iudicandum est, cum manifesta non sunt que non possunt bono animo fieri, ut sunt stupra, blasphemie, furta et huiusmodi, de quibus iudicare permittimur et nobis dicitur: A fructibus eorum cognoscetis eos. Sed ea que dubia sunt quo animo fiant, in meliorem partem interpretari, ut de cibis, que possunt bono animo et simplici corde sine vitio concupiscentie sumi, quoque humani cibi indifferenter sumuntur. De talibus enim rebus que possunt bono animo fieri et non bono, volebat illis et nobis ferre sententiam in occulta cordis, de quibus solus deus iudicat. Unde dicitur: Nolite ante tempus iudicare. Sunt ergo quedam facta media que ignoramus quo animo fiant, quia bono et malo fieri possunt, de quibus temerarium est iudicare, maxime ut condempnemus. Deus enim illum, scilicet manducantem vel non manducantem. Deus enim, quasi neuter alterum iudicet, utrique enim servus dei est, et ille eum assumpsit ad fidem, et tu non es. Tu quis es, id est cuius valentie es, qui iudicas servum, id est dampnandum affirmas, quasi non debes, cum sit alienus servus. Quod manifestum est, enim servum non debet conservus voluntarie iudicare. Suo et cetera. Quasi de ignoto corde alieni servi tu non debes iudicare, sed suus dominus, quia suo domino, id est ad honorem sui domini stat, qui stat, aut cadit domino suo, quia ad eum pertinet et casus cadentis, qui erigere potest vel iudicare. Stat autem aut cadit, ideo dicit quia ambiguum est, quia forsitan stat qui putatur cadere. Vel suo domino stat, quia qui conscia cordis vel non cordis deus iudex est, cuius servus est. Stabit autem, id est stare poterit domino suo, quia neque si cadit reus est, neque si non cadit culpabilis est. Sic tamen de vocatione hoc agit. Vel ita: stabit autem. Communis de omnibus regulantis ... loquitur apostolus dicens: servum alienum. Continuo tamen respexit ad predestinatos cum ait: stabit autem. Hoc de predestinatis dicit, ne sibi stare arrogent, sub

Is qui manducat non manducantem non spernat. Et qui non manducat manducantem non iudicet. Deus enim illum assumpsit. Tu quis es qui iudicas alienum servum? Domino suo stat aut cadit. Stabit autem. Potens est enim deus statuere illum. Nam alius iudicat diem inter diem, alius iudicat omnem diem. Unusquisque in suo sensu habundet. Qui sapit diem domino sapit. Et qui manducat domino manducat, gratias enim agit deo. Et qui non manducat domino non manducat, et gratias agit deo. Nemo enim nostrum sibi vivit, et nemo sibi moritur. Sive enim vivimus domino vivimus, sive morimur domino

ordo. neque uirtutes. s. maior ordo. quia in miracula facit. hec autem ordines acceperunt de malis angelis. Vel de bonis si fieri posset. neque instantia. s. presentia bona uel mala. neque fortitudo. i. uiolentia alicuius. neque altitudo. humane potestatis uel eleuatio sathane. s. si diabolus in altitudine se nobis ostendat. sub ornatu fallacis pacis sue. ad seducendos nos. neque profundum. i. sapientia alicuius. uel neque profundum. i. si diabolus nos ostenderet infernum et minetur precipitium. uel neque al. ne. p. i. neque prospera. neque aduersa. Unde salomon ait. Diuitias et paupertates ne dederis mihi. ne repletus mendax fiam. uel paupertate compulsus furer nomen dei mei. Vel altitudo et per in... cant altitudine. multa necessitate. contra hec respondit achaz in ysaia. qui nolebat petere a domino signum. neque in alto. neque in profundo tenendum de te. quia neque elatus fuit potestate qua equalis erat patri. nec turbatus deiectione mortis. quod est signum in alto. in profundo. ne ille uel regia potestate extolleretur. uel erumpna turbaretur. sicut tunc erat pro bello assiriorum. neque creatura. que sub his alia a predictis uel alia. i. noua. s. que natura facta. ut equos. byphes. si fiat ut fecerunt iannes et mambres. qui fuerunt magi pharaonis. nulla harum istorum. poterit nos separare a caritate dei. quam cum diligimus quia omnibus melior deus est. Si ergo nulla res ab ea caritate nos separat. quod deus non solum melius. sed et in certo hoc bono potest. Id ipsum enim quod diligimus deum mori non potest. nisi dum quis non diligit deum. cum mors ipsa est non diligere deum. quod nichil aliud est. quam ei quicquam in diligendo preponere. Caritas igitur dei. hic dicta est uirtus. que animi nostri rectissima affectio est. que coniungit nos deo. que caritas est nobis. non quidem a nobis. sed in christo ihesu domino nostro. i. a christo. Vel caritatem dei dicit qua deus diligit nos. a qua non separatur. nisi qui a deo diuiditur. que caritas nobis est ostensa. in christo ihesu domino nostro. Deus enim karitatem suam in christo nobis ostendit. quem pro nobis tradidit. Sequitur. Veritatem dico. Quia contra iudeos superius uisus est loqui. qui ex lege iustificari se putant. nunc nomen et affectum suum circa eos ostendit quod

Amb.

Amb.

Aug. de sermone de natiuitate.

Amb.

Amb.

Amb.

Aug.

quod iuramento firmat ut firmius credatur. Ac per hoc dolet gentem suam secundum carnem beneficio christi privari, quia asperius locutus fuit contra iudeos. Hanc autem fuit ex dilectione non ex iniuria. Veritatem et cetera. dico in christo non mentior. In aliqua parte posuit in christo ihesu. conscientia mea mihi perhibente testimonium. et si vos non creditis conscientia dico fundata in spiritu sancto, quia et ipse spiritus testis est de hoc, scilicet quoniam tristicia mihi est magna, id est super omnes tristicias, et continuus dolor est cordi meo, non superficietenus sed intimo cordis. Unde est dolor? Pro fratribus meis, id est iudeis a christo errantibus, et inde doleo, quia adeo quod optabam ego ipse esse anathema, id est separari a christo pro eisdem fratribus meis, id est si fieri posset, vellem ad horam vel in hac vita vel post mortem separari a christo, ut fratres mei crederent. Ardente quod optabam ait, non opto, quia scit tale, id est tam honestum votum nullo precedente merito non posse separari a christo. Tamen affectum et dilectionem circa illos ostendit. De quibus multa precedentia consequenter enumerat, ut omnibus per eis dolorem mentiatur, quia non recipiendo salvatorem progenitum patrum et promissionis perdiderunt priores et gentibus facti quos prius abhominabantur. Perpensi enim tantum est dignitatem perdidisse quam non habuisse. Deinde se nimio dolore ostendendo subdens: qui sunt cognati mei secundum carnem et in eo amplius nunc adiungit, qui sunt israhelite, non solum secundum bonos vel genere, sed omnes ipsi sunt. quorum est adoptio filiorum dei, id est ad quos pertinet adoptio, quia olim fuerunt adoptati filii. et gloria, quia dicebantur populus peculiaris dei. Vel unde est eis gloria per miracula que facta sunt. et testamentum novum et legis latio, scilicet quod necesse lex per Moysen ferret. et obsequium, id est cultus unius dei. et quorum promissa sunt, scilicet quibus promissiones facte sunt. Quorum sunt patres. Ecce laus a patribus. Deinde subdit laus a posterioribus cum ait: ex quibus christus est secundum carnem. Hoc est quod in psalmo dicitur: Homo natus est in ea. Qui christus ipse et si secundum carnem sit natus de patribus, tamen est benedictus super omnia deus in secula. Unde in eodem psalmo dicitur: fundavit eam altissimus. amen, quasi verum est quod ipse est deus. Sequitur: Non autem tamquam exciderit, vel non quam exciderit. Tantum dolebat apostolus de iudeis, consolatur dolorem suum, inveniens scriptum non omnes esse salvandos, sed tantum similes ysaac, ut ille solus condoleat qui non crediderunt posse tamen credere, de quibus non est valde condolendum, quia non sunt predestinati ad vitam. Vel si plangat eum qui olim mortuus

neque fortitudo neque altitudo neque profundum neque creatura alia poterit nos separare a caritate dei que est in christo ihesu domino nostro. Veritatem dico in christo non mentior testimonium mihi perhibente conscientia mea in spiritu sancto quoniam tristicia mihi est magna et continuus dolor cordi meo. Optabam enim ipse ego anathema esse a christo pro fratribus meis qui sunt cognati mei secundum carnem qui sunt israhelite quorum adoptio est filiorum dei et gloria et testamentum et legis latio et obsequium et promissa. Quorum patres et ex quibus christus secundum carnem qui est super omnia deus benedictus in secula amen. Non autem quod exciderit verbum dei.

habetur. Hos namque olim deus non salvandos decreverat, prescientia non personarum acceptor. Nullum enim dampnat antequam peccet, nullum coronat antequam vincat. Sed prescientia distinctionem habet, quos futuros cuique sit futura voluntas, ex qua dampnet vel coronet. Quia iudei non crediderunt in salvatorem, unde mihi dolor est. Sed hoc est iniquitas, quasi deus dixit futurum, ut non omnes filii carnis sunt semen habrahe, sed qui fidem imitantur patris, quia natus est ysaac. Et si iudei non credunt, non autem ideo nunc est quod exciderit verbum dei. Vel non autem ideo exciderit verbum dei, id est non irrita est facta promissio dei, et si non omnes salvi sunt, quoniam enim quidam ex eis erunt, unde illi qui sunt in israhel salvantur ut promissum erat. Et ideo est quasi ait: Non enim omnes, quasi vere non est impleta promissio, et si non omnes sunt salvi, quia non omnes qui ex israhel sunt secundum carnem, hii sunt israhelite, id est ad israhel vere pertinentes. Neque enim qui sunt semen abrahe secundum carnem, hii sunt filii, id est heredes abrahe. In hiis ostendit quod sola gratia non genus facit filios dei. Dicitur ab illo loco: Veritatem dico. Quare gratia confirmat sic. Apostolus superius ostendit dicens nullum posse dividere a christo, et ne inquirentes preterirent omnes christi ecclesiam persequebantur, et dolore exponit. Iniqui dei gratia commendatur, quasi tamen nullus potest me separare a christo, sed olim fui ego separatus. Unde nunc doleo, quod iuramento firmat dicens: Veritatem dico in christo non mentior. In aliquo posuit in christo ihesu. testimonium perhibente conscientia mea fundata in spiritu sancto, eodem contestante de hoc, quoniam tristicia mihi est magna, id est super omnes tristicias, et continuus dolor, id est compunctio, est cordi meo, de malis que prius feci. Et sic ipsa mala tamen in bonum ei vertuntur, et nimio doleo quia tantum peccavi. Optabam enim ego ipse, quando non fui apostolus, esse anathema, id est separatio aliorum a christo. Anathema enim dicitur separatio vel separans, et ipse pro fratribus meis, id est pro iudeis qui sunt fratres in lege, quorum legem volebam defendere. Vel pro fratribus meis, id est pro his reprehendendis a christo qui non sunt fratres in fide, qui et sunt cognati mei secundum carnem, et in magnum peccabam. Qui sunt israhelite et cetera. quorum est adoptio filii dei, id est ad quos pertinet, et cetera, sicut superius exposita sunt, percurre usque ibi amen, quasi quod hunc verum olim contradicebam nunc confirmo. Nunc autem et cetera. Dixi quod promissio eterne hereditatis facta est iudeis, sed quia ipsi ex magna parte non crediderunt, videbatur verbum dei non esse impletum. Ad quod respondet: quia et si in quibusdam non est impletum, in aliis tamen impletum est, et in gentibus credentibus qui sunt veri filii abrahe, quam erraverunt iudei. Sed non ideo excidit verbum dei, id est non ideo inexpleta fuit promissio. Nam verbum dei excidere est promissa non implere. Vere non excidit

Amb.

Capitulum 9 IX

Amb.

Aug.

Amb.

Aug. ad probandum mandatum dei.
sunt de re inenarrabili. qui enim non narratur
quam desiderat, quod ignorat. Sed tamen omnino non ignorat. Nam
si penitus ignoraret, non desideraret, et rursus si iam
Aug. de bono perseuerantiae
uideret, gemitibus non quereret. Et sciendum quod secundum eandem
locutionis figuram qua dicit apostolus a domino: Spiritus loquitur
Aug. contra manicheos.
in nobis, ait hic apostolus: Spiritus postulat gemitibus, id est non
spiritus sanctus gemit, quasi indigeat, uel angustias pati
atur, sed quia ipse nos monet ad orandum et gemendum, et eo
Aug. ad Sixtum.
ipso monente nos facere, ipse facere dicitur. Itaque
dictum est spiritus postulat, non quasi aliena in spiritu sancto sit indigentia,
sed quia nos postulare facit, nobisque interpellandi et gemendi
Idem
inspirat affectum. Diuinitus quoque spiritus sanctus hic expres
Aug. in epistola
sus est. Karitas enim quae per spiritum facta est in nobis, ipsa ge
mit, ipsa orat. Contra hanc aures claudere non nouit,
Aug. in Iohannem.
qui illam dedit. Non ergo sic est intelligendum quod hic ait ut esti
memus spiritum sanctum qui in trinitate incommutabilis deus est
cum patre et filio, ita interpellare pro sanctis tamquam aliquis qui
non sit deus, sed dictum est postulat pro sanctis, quia postulare facit
sanctos. Non enim spiritus sanctus in semet ipso in sua est trinitate
sibi gemit, sed in nobis, quia gemere nos facit. Hic gemitus
Aug. contra Maximinum.
columbe est. Hoc modo locutionis dictum est: Temptat uos deus ut
ut sciat si diligitis eum, id est ut scire uos faciat. Hoc
locutionis tropo dicitur frigus pigrum, quia pigros facit, et dies lae
tus uel tristis, quia letos uel tristes facit. Similiter de die illa dicitur
filius non scire, quia non facit nos scire. Hoc etiam modo locutionis di
xit deus ad Abraham: Nunc cognoui quod timeas deum, id est cogno
Aug. contra Maximinum.
scere feci. Item ad hoc quod alibi ait apostolus: Nunc autem cognosce
tes deum, immo cogniti a deo. Ita dictum est ut intelli
gamus deum in nobis fecisse cognitionem suam. Quod enim est
quod ait cogniti estis a deo, id est cognitores suos uos fa
cere est. Facit enim nos dicitur cognoscere se, tamen dicimur cogniti ab
eo. Quod omnia sic debere intelligi docet apostolus. Qui cum quodam
loco dicat: Misit spiritum clamantem abba pater, et alibi,
quasi hoc exponens ait: In quo clamamus abba pater. Sic
itaque et hic aperiens qualiter adiuuet infirmitatem
Aug. ad Sixtum.
nostram ait: Spiritus postulat pro nobis gemitibus etc. Et sciendum quod aliter
adiuuat nondum inhabitans, aliter adiuuat in
habitans. Nam nondum inhabitans adiuuat ut sint
fideles. Inhabitans adiuuat iam fideles. Sequitur.
Qui autem, quasi spiritus facit postulare, id est impetrare, id est facit
impetrare, quia non solum postulat sed et impetrat, ideo spiritus, qui scru
tatur corda, ut sciat gemitus inenarrabiles, scit, id est
approbat et implet quid desideret, id est quid desiderare facit,
quia postulat pro sanctis, id est loco sanctorum, id est sanctos facit postulare, quod est secundum
deum, id est quod deus uult. Scrutari autem dicitur spiritus corda, non
quasi quaerens quod nesciat, sed quia nihil est occultum quod non sciat.
Scimus autem, quasi non solum hoc facit spiritus quod praedictum est, sed

ipse spiritus postu
lat pro nobis
gemitibus in
enarrabilibus.
Qui autem scru
tatur corda,
scit quid desi
deret spiritus, quia
secundum deum po
stulat pro sanctis.
Scimus autem
quoniam diligenti
bus deum omnia
cooperantur in
bonum his qui
secundum proposi
tum uocati sunt
sancti. Nam quos
praesciuit et prae
destinauit
conformes fieri
imaginis filii eius

et ideo spiritus facit omnia uenire in bonum, prospera uel aduersa di
ligentibus deum. Hoc autem scimus nos maiores et docto
res, quorum auctoritati credendum est. Hoc, scilicet, scimus quoniam
per spiritum sanctum omnia cooperantur in bonum, uel procedit. In unum
bonum, uel spiritus sanctus cooperatur. Alia littera: Omnia in unum bonum
quibus diligentibus deum seruando mandata et perseue
rando usque in finem. Unde subdit: his, et est quasi diceret: non tan
dem in his omnia cooperantur in bonum quia ita ait: his scilicet qui
sunt uocati per praedicatores uel interius. Sancti, id est ad sanctitatem,
et hi non per merita sua, sed secundum propositum dei, id est secundum praescien
tiam et praedestinationem dei. Quasi quod uocati sunt non aliunde est
quam a praedestinatione dei; et inde est quod omnia cooperantur in
bonum, non ex meritis eorum. Talibus omnia cooperantur in bonum.
Tales enim omnis consolatur prosperis et exercet aduersis. Etiam
per ipsorum infirmitatem exercet humilitatis afflictione
parata. Contritione, sapientia, odio, beniuolentia, et usque
adeo talibus deus omnia cooperatur in bonum, ut si qui horum
deuiant et exorbitant, etiam hoc ipsum eis faciat proficere in
bonum, quia humiliores redeunt atque doctiores. Discunt
enim cum tremore se exultare debere, non se arrogando
tamquam de sua uirtute fiduciam habent permanendi.
Unde: Seruite domino in timore etc. Et alibi: Noli altum sa
pere. Quamuis ergo ipsa mors carnis de peccato primi
hominis originaliter uenerit, tamen bonum eius usus gloriosissimos
martyres facit. Ideo quia non solum ipsa, sed et omnia huius seculi mala
labores dolores quae hominum quamquam de peccatis et maxime
de originalis peccati meritis uenerint, quo facta est ipsa
uita uinculo mortis obstricta, tamen etiam remissis peccatis
remanere debuerunt, ut homo cum quibus pro ueritate certa
ret, et unde exerceretur uirtus fidelium, ut nouus homo inter haec
mala nouo seculo pararet miseriam quam merito uita ista
dampnata sapienter tolerans et quae finiret prudenter
gratulans, perferret. Ergo ista mala quae fideles pie perferunt uel ad
delenda peccata uel ad exercendam probandamque iustitiam
uel ad demonstrandam huius uitae miseriam. Deinde exponens
qui sunt qui uocentur secundum propositum subdit. Nam quos praesci
uit, quasi uere omnia cooperantur in bonum, quia praesciuit et praedesti
nauit, et est et hic est. Nam deus praedestinauit, id est per appositionem
gratiae praeparauit ut uerbo praedicationis crederent illos quos praesci
uit, id est longe ante praenouit. Hoc est propositum de quo dixit secundum
propositum uocati. Praesciuit dico fieri conformes, id est in pari
tate uitae, non in ipsa similitudine, cuius conformes, imaginis
filii eius, id est filii qui est ymago patris, in se quaeque idem
cum patre. Unde dicit: Qui uidet me uidet et patrem. Et nota quod in hoc loco accipitur
hic praedestinatio secundum quod expositum est, accipitur enim de praescientia, sed pro gratiae appositione
pro qua praeparantur ad recipiendum uerbum. Proprie autem praedestinatio est praescientia et praeparatio bene
ficiorum dei, quibus certissime liberantur quicumque liberantur. Praedestinatio ergo est praeparatio.

gratia que sine prescientia non potest esse. potest autem sine predesti-
natione esse prescientia. predestinatione quippe deus ea prescivit
que fuerat ipse facturus. sed prescivit deus et que non est ipse facturus
id est omnia mala. quia et si sunt quedam que ita peccata sunt ut et pe-
ne sint peccatorum secundum illud. tradidit illos etc. non tamen peccatum dei
est sed iudicium. quo circa predestinatio dei que in bono est
gratie est preparatio. gratia vero est ut dixi predestinationis effectus. et secundum
hec expone initium. Quos deus predestinavit id est in presci-
entia apud se ab eterno preparavit id est ad premia promissa ele-
git. quos prescivit fieri conformes ymaginis filii eius ut scilicet
portemus imaginem celestis id est christi. Sicut portavimus y-
maginem terreni ade. Sua ergo bona quibuscumque deus do-
nat procul dubio se donaturum esse prescivit et in sua
prescientia preparavit. Sciendum non est quod preparavit deus et malis ig-
nem eternum. illis utique quos sic preparavit ad luenda suppli-
cia. non tamen preparavit ad facienda peccata. preparavit enim deus que
divina equitas reddet non que humana iniquitas
admittet. Non enim sic preparavit sanctos ad iustitiam percipi-
endam. sicut preparavit iniquos ad iustitiam amittendam. quia
premiantis preparatio nunquam fuit. Hec ergo regula in genere te-
nenda est. peccatores impenitentes prescitos esse non preparatos. pe-
nam autem esse preparatam secundum quod presciti sunt. Sequitur. Ut sit
ipse. quasi dico conformes natum ut in multis fratribus
id est inter multos fratres. ipse sit primogenitus id est unice here-
ditatem patris obtinens et aliis dispertiens quia primoge-
nitus est. Vel primogenitus dicitur. quia ante omnem creaturam non
factus sed natus est. et quia primus sine peccato natus. et primus impassibilis
resurgens. nunquam habet fratres. quia secundum id quo unigenitus est non
habet fratres. secundum id autem quo primogenitus est fratres vocare dig-
natus est. omnes qui post eius primatum in dei gratiam renascuntur. Quos
autem. quasi quos prescivit illos predestinavit. quos autem predestina-
vit. qui fuerunt antequam essent. hos et vocavit autem ad illos id est vo-
cavit per predicatores. qui preparati erant in prescientia. Vel vo-
cavit scilicet interiori vocatione. est enim exterior vocatio et inte-
rior. exterior est que fit per predicatores. que est communis bonorum
et malorum. interior non nisi tantum electorum est. Vocare enim est cogi-
tationem de fide admonere vel compungere eum quem faciat
audire. et hec vocatio ut diximus est electorum tantum. hac
vocatione impletur predestinatio. est et alia vocatio
que fit per predicatores. de qua dictum est. multi vocati pau-
ci vero electi. Sequitur. Et quos vocavit. scilicet secundum propositum
qui non sunt electi vocati exterius. hos et iustificavit.
remissione peccatorum et bona operatione. Quos autem
iustificavit. dum peccatores essent. illos et magnifi-
cavit. dei gratie virtutum. Vel posuit preteritum pro futuro
ut sit sensus. magnificavit id est magnificabit e-
terna remuneratione. ut similes deo sint. Hec autem fu-

ut sit ipse primogenitus in multis fratribus. Quos autem predestinavit hos et vocavit. Et quos vocavit hos et iustificavit. Quos autem iustificavit illos et magnificavit. Quid ergo dicemus ad hec? Si deus pro nobis quis contra nos? Qui etiam proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum. quomodo non etiam cum illo omnia nobis donavit? Quis accusabit adversus electos dei?

turum est. sed dicit per preteritum. quia dicit fecisse que ab eterno
disposuit facere. Unde ysaias. qui fecit que ventura sunt.
Talibus ut dictum est omnia cooperantur in bonum. et quod deum
amant et hec scilicet ut in caucientes sint. et unde non fiden-
tes. Hec ergo de prescitis intellige. non de aliis. et si enim ad
tempus quidam credant et bonum videantur tamen quia non perma-
nent non magnificantur. Nota quod quattuor sunt hic
memorata. scilicet iustificatio. predestinatio. vocatio.
magnificatio. una est in deo. tria in nobis. predesti-
natio enim non in nobis est sed in occulto apud ipsum in
eius prescientia. tria vero reliqua in nobis sunt. et hec omnia presciti
sunt. Quid ergo dicemus ad hec? id est contra hec? Vel quid dice-
mus ad hec beneficia dei aspicientes. hec utique quod nullus
persecutorum potest nobis nocere. Si id est nam deus pro nobis est. ut pre-
dictum est predestinando. non existentes vocando aver-
sos iustificando peccatores. glorificando mortales.
quis contra nos est? id est nullus persecutorum potest nocere. sed omnia coop-
erantur in bonum. Possunt enim mali ut plus puniunt corpus
et dilaniare. sed animam invictam eduere auxiliatur
deus. Qui etiam. quasi dico quod deus pro nobis est quia preter alia et filium
suum pro nobis dedit. et hoc est. qui et filio suo id est sibi consubstan-
tiali non pepercit. sed pro nobis omnibus id est peccatoribus quod maius est. pre-
paratione omnium nostrum. tradidit illum. et ipsi filium dedit pro
nobis. Quomodo non donabit nobis et cum illo omnia. id est in
prescientia iustitiam. et in futuro vitam eternam. quasi nimirum quod non
potest hoc negari. consequens est enim nobis omnia condonare. qui nostri causa
illum in mortem tradidit. Vel et cum illo omnia tradidit nobis. id est superi-
ora. equalia. inferiora. omnia quippe sunt. superiora
ad videndum ut deus trinitas. nostra sunt equalia ad convivendum
ut angeli quibus equabimur in futuro. nam non infe-
riores sumus. nostra sunt inferiora ad dominandum et sunt quedam
non superiora. ut sublimes angeli et ministeria celestia
dei ministeria. que nostra nimirum sunt non domino sed usu. sicut res fa-
mulorum domini sunt non dominum potestate sed intelligentia facul-
tate. quia utuntur eis ad victum et hoc enarratum vel aliud
... angeli ergo non superiores sunt et in futuro erunt pares
ita alteri nostri sunt et alteri erunt in futuro. Nota quod hic
dicitur quod pater tradidit filium. Verum auctor calicis
hic est et ipse qui bibit. Unde apostolus ait. christus dilexit
nos et tradidit semetipsum pro nobis. si ergo pater tradidit
filium et filius seipsum. iudas quid fecit? Pater tradendo
filium bene fecit. filius tradendo seipsum bene fecit. iudas
tradendo magistrum per avaritiam fecit
male. non enim quod nobis prestitum est de passione
christi malitie iude deputabitur. habebit
ille mercedem malitie. christus laudem gratie. et est
hic sensus. Quis accusabit. ita ut eius

Aug'.
Amb'.
Aug' in ps. c.1.
Amb'.
Au' ex libro ...
Aug' super iohem.

Aug. ad p[ro]bandu[m] orandu[m] dei · Ag. de bono p[er]seu[er]antie · Aug. c[ontra] manicheos · Ag. ad sixtu[m] · Idem · Aug. in ep[istu]la · Ag. in ioh[ann]e · Aug. c[ontra] maximinu[m] · Ag. c[ontra] maximinu[m] · Aug. ad sixtu[m]

faciunt de re inenarrabili, quoniam non narratur quam desiderat, quae ignoratur. Sicut enim omnino ignoraretur, non desideraretur; et rursus sicut si videretur, non gemitibus quaereretur. Et sciendum quod secundum eandem locutionis figuram qua dicit apostolus a Domino, spiritus loquitur in nobis. Ait hic apostolus: spiritus postulat gemitibus, non enim spiritus sanctus gemit quasi indigeat, ut angustias patiatur, sed quia nos monet ad orandum et gemendum, et ipso movente nos facimus, ipse facere dicitur. Ita quod dictum est spiritus postulat, non quasi aliud aut spiritus sanctus sit indigens, sed quia nos postulare facit, nobisque interpellandi et gemendi inspirat affectum. Admonemur quia spiritus sanctus hic expressus est. Caritas enim quae per spiritum facta est in nobis, ipsa gemit, ipsa orat. Contra hanc aures claudere non novit qui illam dedit. Non ergo sic est intelligendum quod hic ait, ut existimemus spiritum sanctum, qui in trinitate incommutabilis Deus est cum patre et filio, tamquam interpellare pro sanctis, tamquam aliquis qui non sit Deus; sed dictum est postulare pro sanctis, quia postulare facit sanctos. Non enim spiritus sanctus in semetipso, in illa trinitate, in sua beatitudine gemit, sed in nobis, quia gemere nos facit. Hic gemitus columbe est. Non in uno loco communis dictum est: Temptat vos Deus vester ut sciat si diligitis eum, id est ut scire vos faciat. Hoc locutionis tropo dicitur frigus pigrum, quia pigros facit, et dies laetus vel tristis, quia laetos vel tristes facit. Similiter de die illa dicitur filius non scire, quia non facit nos scire. Hic et in multis locutionibus divinae scripturae: dixit Deus ad Abraham: Nunc cognovi quod timeas Deum, id est cognoscere feci. Item quod alibi ait apostolus: Nunc autem cognoscentes Deum, immo cogniti a Deo, ita dictum est ut intelligamus Deum in nobis fecisse cognitionem suam. Quod enim est quod ait cogniti estis a Deo, id est cognitores suos nos facit, et nos Deus cognoscere se. Nihil dicitur cogniti ab eo, quod omnia sic debere intelligi docet apostolus. Et cum in quodam loco dicat: Misit spiritum clamantem abba pater, et alibi quo hic exponens ait: in quo clamamus abba pater. Sic itaque et hic aperiens qualiter adiuvet infirmitatem nostram, ait: spiritus postulat pro nobis gemitibus, etc. Et sciendum quod aliter adiuvat nondum inhabitans, aliter adiuvat inhabitans. Nam nondum inhabitans adiuvat ut sint fideles; inhabitans adiuvat iam fideles. Sequitur:

Quia autem, quasi spiritus facit postulare, et etiam impetrat, id est facit impetrare, quia non solum postulat, sed etiam impetrat ipse idem spiritus. Qui scrutatur corda, ut sciat gemitus inenarrabiles, scit, id est approbat et implet quid desideret, id est quid desiderare facit, quia pro sanctis, id est loco sanctorum, id est sanctos facit postulare, quia est secundum Deum, id est quod Deus vult. Scrutari autem dicitur spiritus corda, non quasi quaerens quod nesciat, sed quia nihil est occultum quod non sciat.

Scimus autem, quasi non solum hic facit spiritus quod praedictum est, sed

ipse spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Qui autem scrutatur corda, scit quid desideret spiritus: quia secundum Deum postulat pro sanctis. Scimus autem quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, his qui secundum propositum vocati sunt sancti. Nam quos praescivit et praedestinavit conformes fieri imaginis filii sui

et non spiritus facit omnia venire in bonum, prospera vel adversa, diligentibus Deum. Hoc autem scimus nos maiores et doctiores, quorum auctoritati credendum est. Hoc, scilicet scimus quoniam per spiritum sanctum omnia cooperantur in bonum, et procedit in finem bonum. Vel spiritus sanctus cooperatur. Alia littera: Omnia in unum bonum quibus diligentibus Deum, servando mandata et perseverando usque in finem. Unde subdit: his, etc. Quasi dicat: non vere diligentibus omnia cooperantur in bonum, quia ita ait: his, scilicet qui sunt vocati per praedicatores et miracula sancti, id est ad sanctitatem, et hoc non pro meritis suis, sed secundum propositum Dei, id est secundum praescientiam et praedestinationem Dei, quasi quod vocati sunt non aliunde est quam a praedestinatione Dei. Et inde est quod omnia cooperantur in bonum, non ex meritis eorum. Talibus omnia cooperantur bonum. Tales enim omnis consolatur prosperis et exercet adversis. Tam prospera quam infirmitate carent, humilians afflictione, patientia, contradictione, sapientia, odio, benevolentia. Et usque adeo talibus Deus omnia cooperatur in bonum, ut si qui horum deviant et exorbitant, etiam hoc ipsum eis faciat proficere in bonum, quia humiliores redeunt atque doctiores. Discunt enim cum tremore se exultare debere, non sibi arrogando tamquam de sua virtute fiduciam habent permanendi. Unde: Servite Domino in timore, etc., et alibi: Noli altum sapere. Quamvis ergo ipsa mors carnis de peccato primi hominis originaliter venerit, tamen bonus eius usus gloriosissimos martyres facit. Ideo quia non solum ipsa mors, sed et omnia huius saeculi mala, labores, dolores, quae hominum quamvis de peccatorum et maxime de originalis peccati meritis veniant, quae facta est et ipsa vita vinculo mortis obstricta, tamen etiam remissis peccatis remanere debuerunt, ut his certaret homo et quibus pro veritate certaret, et unde exerceretur virtus fidelium, ut novus homo inter haec mala novo saeculo praepararet miseriam quam ... vita ista damnata sapienter tolerans, et quam finiret prudenter gratulans, propter quod ista mala quae fideles pie perferunt vel ad delenda peccata, vel ad exercendam probandamque iustitiam, vel ad demonstrandam huius vitae miseriam. Deinde exponit qui sunt qui vocentur secundum propositum, subdens: Nam quos praescivit, quasi ideo omnia cooperantur in bonum, quia praescivit et praedestinavit, et recte. Nam Deus praedestinavit, id est praeparavit gratiam illis, ut verbo praedicationis crederent illos. Quos praescivit, id est longe ante providit. Hic est propositum Dei. Dixit: secundum propositum vocati. Praescivit dico fieri conformes, id est imitatione vitae, in praesenti et post ea in beatitudine, cuius conformes imaginis filii eius, id est filii qui est imago patris, usquequaque idem cum patre. Unde dicit: Qui videt me videt et patrem. Et nota quod in hoc capitulo accipitur hic praedestinatio secundum quod exposuimus. Accipitur enim de praescientia, scilicet pro gratiae appositione pro qua praeparantur ad recipiendum verbum. Proprie autem praedestinatio est praescientia et praeparatio beneficiorum Dei, quibus certissime liberantur quicumque liberantur. Praedestinatio ergo est praeparatio.

ut sit ipse p[rimo]
mogenitus
in multis fra[tri]
bus. Quos
aut[em] p[re]destina
uit hos [et] uo
cauit. [et] q[uo]s
uocauit hos
[et] iustificau[it].
Quos aut[em] iu
stificauit: il
los [et] magni
ficauit. Quid
[er]go dicem[us] ad
hec. Si d[eu]s p[ro]
nob[is]: q[ui]s con
t[ra] nos. Qui
[etiam] p[ro]p[ri]o filio
suo n[on] pepercit
s[ed] p[ro] nob[is] o[mn]ib[us]
t[ra]didit illu[m]. Q[uo]
[modo] n[on] [etiam] cu[m] illo om[n]ia no
bis donauit. Quis ac
cusabit adu[er]sus electos d[e]i.

aug.

amb.

aug. in ps. c.i.

amb.

Aug. ex lib. questionum.

aug. sr. iohem.

Vanitati enim creatura subiecta est non volens sed propter eum qui subiecit eam in spe. Quia et ipsa creatura liberabitur a servitute corruptionis in libertatem filiorum glorie dei. Scimus enim quod omnis creatura ingemiscit et parturit usque adhuc. Non solum autem illa sed et nos ipsi primitias

adoptionem, id est secundum quod filii sumus, cum apparebit quod erimus. Vel ne adoptione inveniemur, itaque non nature alterius, sed alterius dignitatis qualitate a creatura filios quam distinguens ait: Expectatio creature, id est expectans creatura, expectat. Cum assidue in actu expectandi est, geminatio namque assiduitatem notat. Expectat dico revelationem filiorum dei, id est cum apparebit qualis futura est. Non enim creatura revelationem expectat alterius nature, sed ipsa qualis nunc est expectat cum sit qualis futura est. Ut si diceretur operante pictore subiectis sibi coloribus et ad opus ei paratis, expectatio colorum manifestationem imaginis expectat. Non quod tunc filii erunt aut non colores erunt, sed quod aliam dignitatem habebunt. Vel simpliciter creaturam dicit bonum, eo quod manet inchoatio dei. Vel id bonum per excellentiam dicit creaturam quod fit cum omni. Hec ergo creatura expectat quod nondum apparet quod est, sed tunc filii dei, et non omnia tolanda sunt ut illud optineant quod expectat. Vanitati enim. Procedit prius sed illam sententiam ut per creaturam acceperimus boni, quasi dicat: creatura expectat, et necesse est ei expectare, quod vanitati subiecta est, et propterea expectare, quod non amat vana, que sunt omnia mundana. Ibi: quia ait vanitati, id est ei, id est bono subest non volens, id est non amans ista caduca que vana sunt. Unde Salomon: Vanitas vanitatum et omnia vanitas. Omnia enim que nascuntur infirma et corruptibilia sunt ac per hoc vana, quod statum suum tenere non possunt. Corruptio ergo ipsa est vanitas cui subiecta est creatura. Dico subiecta est vanitati, sed tamen patienter ferens propter eum qui subiecit eam in spe, id est patienter sustinet sciens dominum subiecisse ad conservationem et humilitatem, sed non sine solatio spei huius, scilicet quod ipsa creatura liberabitur in futuro, ut ex Christo capite nostro iam liberata est. Vel vanitati enim et cetera sic: supradictum est creatura dicitur quicquid tamen in nobis dolet, id est nos ipsi secundum corpus et animam dolemus, quia utique creatura est. Dicit carnem mortificamus per ieiunia et adversa, et hec creatura, ut predictum est, expectat tamen quia etiam infirmo quod necesse est expectare, quod creatura, id est homo, qui vere tunc creatura videtur vanitati subiecta est, et hec non volens, id est non sponte. Homo quippe sponte peccavit, sed non sponte dampnatus est. Peccare itaque fuit spontaneum, contra preceptum facere veritatis, sed non sponte penam peccati fert. Vanitati enim. Veritatis penas peccati nunc pena est quod subiecta fallacie. Dico quod non est subiecta sponte, sed propter eum qui subiecit eam, id est propter iusticiam

et clementiam eius qui et peccata punit et peccatorem sanare intendit, quod eam subiecit in spe. Hac utique spe quod et ipsa creatura liberabitur. Sicut nos apostoli, per hoc enim quod non ait simpliciter ipsa sed et ipsa facit intelligi quod nec de ipsis desperandum est qui nondum crediderunt, quod ipsi credituri sunt et liberabuntur, qui nondum vocantur filii dei, sed tamen creatura nunc dicuntur, cum nondum gratiam adoptionis receperunt. Homo enim signaculo et imaginis per peccatum amisso remansit tantum creatura, et ipsa itaque creatura que tantum ita vocatur et nondum est filiorum forma perfecta liberabitur, ut nos apostoli qui iam filii sumus, et si nondum apparet quid erimus. Liberabitur dico a servitute corruptionis. Vel interitus, id est a cura querendi victum et vestitum et talia quibus servitur in hac mortalitate, veniens in libertatem glorie filiorum, id est in gloriosam libertatem filiorum quam habebunt filii dei, et hec omnia per spiritum sanctum fient. Scimus enim quod nunc creatura subiecta est vanitati non volens. Scimus enim quod experto credite, quod omnis creatura ingemiscit. Omnis creatura dicitur homo, quod omnis creatura in homine numeratur, non quod in eo sint omnes angeli et supereminentes virtutes et celum et terra et mare et omnia que in eis sunt, sed quod omnis creatura est vel corporalis vel animalis vel spiritualis. Corporalis per loca tamen distenditur. Animalis vivificat corporale. Spiritualis regit animale, et tunc bene regit cum ipsa se regendam subicit deo. Sed autem omnis creatura in homine est, quod homo intelligit spiritu ut angeli, et sentit anima, et corpore localiter est et movetur. Omnis ergo creatura est in homine, quod intelligit, vivit, corpus habet, sed non tota in ipso est, quod sunt preter eum et angeli et alia que intelligunt, vivunt et sunt. Sicut dicitur est: Omnis homo videt solem, sed non totus, quod oculis tantum videt. Omnis ergo creatura, sed non tota, id est homo, qui habet communionem cum omni creatura, pro sua deiectione ingemiscit, quod semper in hoc non est, quod notat per inchoativum verbum, et pro desiderio patrie celestis parturit, id est cum labore operatur, quasi dicat pro irriguo inferiori et superiori in labore est et in sollicitudine. Et hoc usque adhuc, id est usque ad mortem. Vel usque adhuc, quia ita omnes precedentes patres fecerunt usque in presens. Vel usque adhuc dicit quia si aliquis in sinum Abrahe iam consistitur dolere desinit, tamen intelligit quod nondum sit liberatus. Omnis creatura ingemiscit et dolet adhuc, sicut iam processit, quod in hiis que nondum sunt liberati omnis dolor est propter spiritum et animam et corpus. Cum ergo homo ingemiscit et dolet, omnis creatura ingemiscit et dolet. Homo enim hac universali locutione colligit singula omnium generum, sed genera omnia singulorum. Non solum autem illa creatura ingemiscit et dolet, sed et nos ipsi apostoli qui maiores aliis sumus, propter hoc quod primitias

Ab. in eod.
Aug.
vana
Amb.
Amb.
Aug. in eod.
Aug. in eod.
Ab.

spe quia et

spe habentes. 7 ipsi intra nos gemimus adoptionem filiorum dei expectantes redemptionem corporis nostri. Spe enim salui facti sumus. Spes autem que uidetur non est spes. Nam quod uidet quis quid sperat? Si autem quod non uidemus speramus per patientiam expectamus. Similiter autem et spiritus adiuuat infirmitatem nostram. Nam quid oremus sicut oportet nescimus. S[ed]

[illegible]

[illegible]

Aug.

Amb.

Amb.

Amb.

Aug. de spiritu

Amb.

Aug.

Aug.

E[st] de illo de q[uo] gener[atur] sp[iritu]s s[anctu]s, n[on] de aliq[ua] materia l[vel] de nichilo.

Aug. — Aug. de uerb. apl'i. — Amb. — Aug. — Aug. — Au. — Au. — Ut sp[iritu]s — Aug. — Aug. — Aug. de lib. sentent. [illegible] — Aug. de correctio[n]e [et] g[rati]a. — Aug. in p[salmo] cxvii. — Au.

tas uni[us] eiusd[em] [et] subs[tanti]e e[st], q[uia] filii non de aliq[ua] materia l[vel] de nichilo, s[ed] inde e[st] unde p[ro]cedit. Ergo fr[atre]s. I[d] e[st] q[uia] q[uia] h[ec] bona a sp[irit]u h[abe]mus, [et] ex carne a[utem] n[on] e[st] h[ec] morte. Ergo o fr[atre]s debitores sumus sp[irit]ui, i[d] e[st] ex debito seruire debemus [et] obedire sp[irit]ui s[an]c[t]o, l[vel] [con]tra n[on] carni, ita ut s[ecundu]m carne[m] uiuamus, i[d] e[st] s[ecundu]m carnis uoluptate[m]. Ipsi necessaria ei ministrare debemus, q[uia] caro n[on] e[st] malu[m]. Creatura enim dei e[st], [et] ab eo condita a q[uo] o[mn]ia. Nulla e[st] pars dei, n[on] ista, [et] tota [et] [con]tinua[n]s. Unus d[eu]s summe bon[us]. Anima n[on] magnu[m] bonu[m] e[st], n[on] t[ame]n summu[m]. Item caro nec summu[m] bonu[m], n[on] magnu[m] e[st], s[ed] paruum. Anima q[ui]a inter summu[m] [et] paruu[m] bonu[m], i[d] e[st] int[er] d[eu]m [et] carne[m], inferior deo [et] carne superior, debitrix e[st] deo ut s[ecundu]m eu[m] uiuat, n[on] carni ut s[ecundu]m carnis delectationes uiuat, q[uo]d n[on] e[st] faciendu[m]. Si enim s[ecundu]m carne[m] uixeritis moriemini. H[oc] id[e]o dic[it], q[ui]a ex se sibi carpens uitia nascunt[ur], q[ue] carnem deputantur. Si a[utem] sp[irit]u mortificaueritis facta carnis, i[d] e[st] si p[er]emeritis [et] abieceritis q[ue] caro uoluptuose exigit, [et] h[oc] sp[irit]u s[an]c[t]o, q[uo]d mox determinat n[on] a[utem] sp[irit]u d[e]i l[vel] sp[irit]u u[est]ro, q[ui]a t[ame]n n[on] e[st] n[isi] agente sp[irit]u dei. Si a[utem] h[oc] m[od]o feceritis uiuetis hic in iusticia, in futuro in gl[ori]a. H[oc] e[st] enim op[us] n[ost]r[u]m in hac uita, s[cilicet] actiones carnis sp[irit]u mortificare, n[on] [con]sentiendo [con]cupiscentiis ei[us], [et] paulatim [con]cupiscentias minuendo. Et ne se extolleret hu[m]ana[m] animus [et] se ad h[oc] sufficientem iactaret, subd[it]: Quicumq[ue] [enim] sp[irit]u dei aguntur, [con]s[e]q[uen]ter [con]ced[it] potestatis q[uia] filii estis [et] c[etera]. Q[ui]cumq[ue] enim aguntur, i[d] e[st] reguntur sp[irit]u dei, n[on] suo, n[on] lege minante p[re]cipiente, p[ro]mittente, n[on] adiuuante, hii s[un]t filii dei, i[d] e[st] ex dilectione seruientes. Et [dicit] aguntur, [et] dicit n[on] reguntur, ut magnu[m] g[rati]e effectu[m] ostendat. Plus e[st] [enim] agi q[uam] regi. Agi [enim] [est] q[uo]d d[omi]n[u]s aliq[ue]m q[uasi] nil aliq[ui]d age[n]te[m]. Regi d[omi]n[u]s q[ua]si iam agentem. Q[ui] [enim] agit[ur] a g[rati]a aliq[ui]d uix intellig[it]. Q[ui] a[utem] regit[ur] aliq[ui]d agit [et] id[e]o recte regit[ur] ut recte agat. Vel [ergo] in illu[m] p[re]tium posse g[rati]a[m] saluationis intelligam[us]. Dic[it] aguntur, n[on] ut nil agant, s[ed] ex imp[er]iu g[rati]e aguntur, i[d] est ut agant. Nam tanto mag[is] efficiunt[ur] [con]s[ors] filii boni, q[u]a[n]to largi[us] da[tur] ei a patre sp[iritu]s bonu[s], quo agit[ur] [et] ag[it] [et] t[ame]n bonu[m] agit. Si a bono agit[ur], q[uonia]m [ergo] n[on] ag[it] l[vel] n[on] o[mn]io faciendo l[vel] n[on] ex caritate faciendo, orat ut q[uo]d n[on]du[m] h[abe]t accipiat. S[ed] sequit[ur]: Non en[im] [et] c[etera]. Q[uia] filii esse debetis, n[on] serui. N[on] enim accepistis iteru[m] ut olim in lege sp[iritu]m seruitutis in timore, i[d] e[st] sp[iritu]m s[an]c[tu]m q[ui] nos timidos timore pene seruire faciat. S[ed] accepistis sp[iritu]m adoptionis filiorum dei, i[d] e[st] sp[iritu]m s[an]c[tu]m datore[m] bonorum p[er] q[uem] filii fium[us] q[uia]

mortificabit mortalia corpora uestra propter inhabitantem spiritum eius in uobis. Ergo fratres debitores sumus non carni ut secundum carnem uiuamus. Si enim secundum carnem uixeritis moriemini. Si autem spiritu facta carnis mortificaueritis uiuetis. Quicumque enim spiritu dei aguntur hii sunt filii dei. Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum dei.

e[st] ex natura dei. Caue ne te exco[gites] ut sp[iritu]m seruitutis [et] sp[iritu]m adoptionis diuersos intelligas. Sp[iritu]s e[st] [enim] unus a[utem] p[er] id sp[eci]e ille du[m]taxat, q[ui] [et] inuitante [con]munis sp[eci]e s[cilicet] acceperi[n]t q[uem] ap[osto]l[u]s [et] ostendit dicens: unu[m]. Idem [ergo] sp[iritu]s e[st], s[ed] p[ro]p[ter] diuersa op[er]a dissimiliter appellat[ur], ut egiptus sp[eci]e in d[icitu]r quib[us] aq[ue] diuersa sp[irit]u nocunt, filius isr[ae]l n[on] dicit[ur] in te quib[us] aq[ue] diuersa p[ro]sunt. Sim[i]l[ite]r sp[iritu]s timoris d[icitu]r e[ss]e iudeis, q[uia] eod[em] sp[irit]u q[uo] in tabul[is] lex scripta e[st], timor inc[u]ssus e[st] eis, q[ui] g[rati]am n[on]d[um] intelligebant de sua insirmitate [et] peccatis p[er] lege[m] [con]uicti. Sp[iritu]s a[utem] libertatis e[ss]e d[icitu]r his quib[us] imp[er]tit[ur] ei[us] ope g[rati]a [et] regnatio uiuenti [et] c[etera], i[d] e[st] fides q[ue] p[er] dilectione[m] op[er]at[ur], n[on] p[er] timore[m], n[on] formidando pena[m], s[ed] ama[n]do iusticia[m]. Un[de] e[st] [ergo] ista dilectio [et] t[ame]n [et] ipsa fides, i[d] e[st] a sp[irit]u s[an]c[t]o, q[ui] n[on] e[ss]et in nob[is] n[isi] diffunderet[ur] in cordib[us] p[er] sp[iritu]m. Caritas a[utem] dei dicta e[st] diffundi in cordib[us] n[ost]ris, n[on] q[ua] nos ip[s]e dilig[it], s[ed] q[ua] nos fac[it] dilectores suos. Sic[ut] iusticia dei d[icitu]r q[ua] nos iusti ei[us] munere efficimur. Et d[omi]ni salus, q[ua] nos saluat. [Et] fides x[pist]i, q[ua] nos fideles fac[it]. Un[de] [ergo] sp[iritu]s e[st] q[ui] duos timores fac[it]. Duo enim timores insinuant[ur]: un[us] q[ui] e[st] imp[er]fecta caritate, s[cilicet] timor castus, alt[er] q[ui] n[on] e[st] in caritate, i[d] e[st] seruilis, in quo quamuis deo credat[ur], n[on] t[ame]n in d[omi]n[u]m [et] si bonu[m] fiat, n[on] t[ame]n b[e]n[e]. Nemo [enim] inuitus bonu[m] fac[it], [et] si bonu[m] e[st] q[uod] fac[it]. Hii a[utem] duo timores faciunt duo g[e]n[er]a seruorum. [Et] filius q[ui]dem [et] [ser]uus. [Et] timet d[omi]n[u]m [et] honorat patre[m]. Un[de] p[er] Malachiam d[omi]n[u]s ait: Si d[omi]n[u]s sum, ubi e[st] timor meus? Si pater, ubi e[st] amor meus? [Et] e[st] seruus q[ui] timet pena[m], s[ed] n[on] dilig[it] iusticia[m]. Et p[ro]p[ter] de timorib[us] sic initio sciend[um] e[st] p[re]t[er] naturale[m] timore[m] q[ui] o[mn]ib[us] inest, e[ss]e iiii: inte[r] timores s[cilicet] mundanu[m] q[ui] malus e[st], n[on] a deo [et] seruile[m] q[ui] bonu[s] e[st] [et] a deo, s[ed] n[on] sufficiens, [et] initiale[m] q[ui] bonu[s] e[st] [et] sufficiens, [et] castu[m] q[ui] bonu[s] e[st] [et] p[er]ficiens. De q[uo] hic agit[ur]. Ipse [enim] g[e]n[er]at nos filios. S[ed] acc[epistis]. In quo q[ui]d dedit sp[iritu]m adoptionis. In q[uo], i[d] e[st] p[er] q[uem] nos libi de uniq[ue] p[o]p[u]lo in ecclesia collecti clamam[us] uniuerse, n[on] ingrati de iusticia. Clamor iste cord[is] e[st], n[on] labiorum, ut sonat aurib[us] dei, qualit[er] Susanna clauso ore labiisq[ue] inmotis clamabat. Iudei quid[em] clama[n]t: Abba, gentiles n[on] pat[er], q[uod] t[ame]n id e[st]. Abba [enim] hebraice, pat[er] lat[in]e dicit[ur]. S[ed] p[ro]p[ter] sacramentu[m] utrumq[ue] posuit ap[osto]l[u]s. Sic[ut] [et] man[...]

utrumque dominum in passione dixisse commemo-
rat. Vel forsitan dominus christus sacramentum ecclesie insinu-
ando utrumque dixit. Cum factus est angularis lapis
venientium populi ex hebreis ad quos pertinet abba,
populi ex gentibus ad quos pater pertinet. quia ecclesia est de
utroque populo in uno angulari lapide collecta
qui fecit utraque unum. ut unus esset grex et unus pastor.
Cum ecclesie bonus magister compatiens in se ostendit
filios eius scilicet martyres non debere desperare si quid fuer-
it tempore passionis eorum ex humana fragilita-
te tristicia irrepserit. et eam vincunt voluntati
sue preponendo voluntatem dei. Eleganter quoque ex
non frustra duarum linguarum verba posuit. in eo
significantia populum universum. propterea qui de iudeis et
gentibus in unitatem fidei vocatus est. Sequitur. Ipse
enim etc. quia vere filii sumus. hic enim recognoscere facit
spiritus sanctus. nostrum in spiritum. id est. Ipse enim spiritus scilicet testi-
monium reddit spiritui nostro. id est recognoscere facit mentem
nostram. dum per eum facta remissione peccatorum agnoscimus de-
o quod sumus filii dei. Hic facit cognoscere spiritus sanctus. Dum
in ecclesia fit remissio peccatorum in spiritu sancto quia
remissionem et unitas faciat. Per eum ad spiritum sanctum
misse pertinet. quia spiritus communis est patri et filio. A-
borum quasi unio. per quem fit societas et unitas qua effi-
cimur unum corpus unici filii dei. Unitas enim nos
compaginat. quia facit caritas. et caritas non est nisi a
spiritu sancto. quia spiritus est qui vivificat. quia unita facit mem-
bra. non unita facit. non quod in corpore quod vegetat in-
venitur. sicut spiritus hominis non vivificat membrum
quod separatum invenitur a corpore. Hoc dicitur. ut ame-
mus unitatem et timeamus separationem. Nichil enim sic
debet formidare christianus quam separari a corpore christi.
propter hanc societatem etiam spiritus sanctus descendit super viros
congregatos in unum. qui omnibus linguis locuti sunt
quia per linguas consociatur et societas huma-
ni generis. Spiritus quoque testimonium filiorum dei reddit
ex dono spiritus. mens signum paternum videtur. Sequitur.
Si autem etc. quia filii sumus. hoc autem: quia non est parum
Vel vere. Si enim scilicet sumus filii et heredes. id est eiusdem glorie
participes. heredes quidem dei. quia eius fruemur beatitu-
dine. coheredes autem christi. in quantum cum quo beati erimus. unde
dicitur. quia similes ei erimus. Nota quod est heres di-
citur. et iam hereditas morte decessoris firmata te-
neatur. sed alio non posset nulli heres sed quod
dominus humanis legibus nos tamen heredes dei dici-
mur. si non decedat. quia hereditatem eternam nos fi-
lii sponsi et sponse sperantes quod in futuro possi-

in quo clamamus abba pater. Ipse enim spiritus testimonium reddit spiritui nostro quod sumus filii dei. Si autem filii et heredes heredes quidem dei coheredes autem christi. Si tamen compatimur ut simul glorificemur. Existimo enim quod non sunt condigne passiones huius temporis ad futuram gloriam que revelabitur in nobis. Nam expectatio creature revelationem filiorum dei expectat.

debemus. non patris morte. qui mori non potest.
quae est hereditas vita. Vel potest dici quod decedit sed mo-
do quodam conditionis. quia nunc cognoscitur a nobis. Videmus enim ex
parte cognoscimus et per speculum videmus. Decedet
quoque ut tunc non videatur per speculum in enigmate sicut
nunc. sed facie ad faciem. Potest etiam dici quod christus caput nostrum
in passione decedens nobis reliquit pacis ecclesiastice
possessionem. sicut ipse ait. Pacem meam relinquo vobis.
Attende et quod christus hereditas servorum est. et ipsi he-
reditas eius. Unde dabo tibi gentes hereditatem tuam.
et econverso. Dominus pars hereditatis mee et calicis mei. sed quod nunc non sumus he-
redes. ecce. Si tamen compatimur. quod dico quod heredes
et sic tamen compatimur. id est ad eius similitudinem patimur. quod per-
tinet ad illud quod supra dixerat. si facta carnis morti-
ficaveritis. quod mortificare autem facta carnis nemo
potest nisi erit vita sine molestia. cum necessaria est paci-
entia. Patimur dico hac intentione. ut simul glorifice-
mur. Existimo enim. quod dico si compatimur et patiendo
est per gloria hereditas. Existimo enim. id est scio quod passiones huius
temporis. id est temporales et momentanee omnes non sunt condigne. id est
sufficientes. si districte agetur nobiscum ad promerendam
futuram gloriam. Tribulatio namque et est finem. in eis sine fine
erit. et multo maior erit ibi gloria quam hic labor. quae gloria
et si nunc occultata sit. quia oculus non vidit. nec auris au-
divit. tamen revelabitur. omnibus bonis et malis. non quod esse in
malis sed tamen esse in bonis. in nobis. Ecce hoc iam facit spe
quod minima non possit. revelabitur. et hoc quod probat ab ae-
ternitate expectamus. Nam expectatio creature etc.
usque ibi. spe enim salvi. Hoc capitulum obscurum est. quia
non satis hic apparet quid nunc vocet creaturam. Dicitur autem
secundum catholicam disciplinam. creatura quicquid fecit et crea-
vit deus pater per filium. qui non potest appellari creatura. quoniam
per ipsum facta sunt omnia. Hic autem videtur ostendere deum
sanctum esse creaturam et filios. etc. dicens. Creatura expectat re-
velationem filiorum. et creatura liberabitur a servitute
corruptionis in libertatem glorie filiorum dei. quod nos non su-
mus creatura sed filii dei. Preterea dicit. Omnis creatura ingemi-
scit et parturit usque adhuc. non solum autem illa sed nos
ipsi. tamquam aliud simus nos aliud omnis creatura. Sed di-
cendum est quod nos ipsi dicimur creatura et filii. sed quod sumus
creatura apparet. quod autem filii nondum apparet. sicut iohannes
ait. Karissimi filii dei sumus. sed nondum apparuit quid erimus.
cum autem apparuerit similes ei erimus. Distincte ergo
nunc ante gloriam illam quae apparebit quod sumus. Vocavit cre-
aturam. scilicet quod in anima et corpore dolemus dum facta carnis
per abstinentiam mortificamus. dum adversariorum aculeos per patien-
tiam sustinemus. quales nunc apparemus. filii autem dei dicimur secundum

In eodem.

Aug. sup. iohem.

Aug.

Aug.

Aug. de questione xxxiii.

Quod filius non potest appellari creatura.

Ad.

Ad.

Ad in eodem.

uenit. quod alio actu cepit esse. quam ante erat. Fuit enim ibi per unionem nature. quod scilicet ante non erat. ita in quo in mundo erat. et in mundum uenisse dicitur. quod uisibiliter mundo apparuit. Misit deus. in similitudine carnis peccati. non in carne peccatrice. sed in ei simili. per passibilitatem. et mortalitatem. et alios defectus. Ceterorum omnium hominum caro peccati est. sola illius non est caro peccati. quia non eum mater concupiscentia. sed gratia concepit. habet tamen similitudinem carnis peccati. quia esuriit. sitiit. dormiuit. et huiusmodi. licet enim eadem caro sit. que et nostra. non tamen talis facta est in utero. sicut nostra est. scilicet sanctificata in utero. et nata sine peccato. nec ipse unquam in illa peccauit. Et in pena quidem similis est nobis. non in qualitate peccati. Venit scilicet ad corpus immaculatum. natum de corpore humane possessionem [illegible] peccati. que ex concupiscentie motu concepta est omnino non habuit. Ideo quidem non erat caro peccati. quia non ex carnali delectatione nata erat. sed tamen erat similis. quia mortalis. Ideo peccatrice quidem fuit. quia non in libidinis concupiscentia concepta. non peccati causam in se habuit. In hac similitudine misit deus filium. ut dampnaret peccatum. Unde subdit. et de peccato. quia misit filium. et mittens. scilicet per hominem faciens cognoscibilem. et uisibilem. dampnauit peccatum. id est destruxit diabolum de peccato factum. in carne. et cetera. id est per peccatum quod fecit in carne Christi. scilicet [illegible] diuini receptam [illegible] sicut supra ostensum est. Vel dampnauit peccatum. id est debilitauit peccatum. id est fomitem peccati precedentem. de peccato Ade. dampnauit dico. in carne Christi. id est eum qua uetus homo noster crucifixus est. sicut supra monstratum est. Vel dampnauit peccatum omne. id est deleuit. in carne Christi. et quia [illegible] in carne ostendit. de peccato. id est per eo quod factus est hostia pro peccato. liberauit scilicet peccata nostra in corpore suo super lignum. ibique deleuit. Ita hec dicitur sicut in ueteri testamento peccata dicebantur sacrificia pro peccatis. Ita per eum dampnauit peccatum. ut iustificatio legis. id est iustitia quam lex moysi sine spiritu iubet. impleretur. id est consummaretur. in nobis. Lex enim moysi sine spiritu precepit. sed lex spiritus implet in nobis. dico nobis. qui non ambulamus actibus secundum carnem. nisi aliquando cadamus. sed secundum spiritum. Ille ambulat secundum carnem. qui agit opera carnis. Secundum spiritum ambulat. qui in uita est spiritus in uirtute. ne post concupiscentias eat. Ecce duo dixit per Christum facta. scilicet peccatum dampnatum. et iustitiam impletam. Ad que duo perficienda legem dicit

mittens in similitudine carnis peccati: et de peccato dampnauit peccatum in carne ut iustificatio legis impleretur in nobis qui non secundum carnem sed secundum spiritum ambulamus. Qui enim secundum carnem sunt que carnis sunt sapiunt: qui uero secundum spiritum que sunt spiritus senciunt. Nam prudentia carnis est mors. prudentia autem spiritus uita et pax. Quoniam sapientia carnis inimica est deo. Legi enim dei non est subiecta nec enim potest.

esse inualidam. adde eius quod impossibile erat legi. id est dampnauit peccatum. quod scilicet dampnare peccatum erat impossibile legi naturali. Vel scripte impleri iustitiam. In quo id est in quantum. scilicet in iustificatione implenda infirmabatur. lex per carnem. id est per carnales obseruantias. que non poterant iustificare. Vel per carnem. id est per fomitem peccati. per carnalitatem que [illegible] rebellat. et audita lege amplius est irritata. et sic infirmata est lex littere per legem. et ideo erat impossibile liberare a lege peccati et mortis. Qui enim et cetera. Vere ambulamus secundum carnem non. quia nemo est ille qui est secundum carnem. Vel ita. Qui enim secundum carnem sunt. id est qui uincere consentiunt carni. non sunt iusti. Cur non? Quia sapiunt ea que carnis sunt. id est intenti et curiosi sunt in carnalibus. Carnalia [illegible] bonis concupiscentes. quod repugnat iustitie. Qui uero probat quod ambulans secundum spiritum est iustus. quia nemo ille qui est secundum eum. et hoc sic. quia autem ille qui est secundum carnem carnalia sapit. Qui uero secundum spiritum sentiunt. Vel boni sunt. id est consentiunt. hiis que spiritus sanctus docet. Vel uobis insinuat. sentiunt ea que spiritus sunt. id est solliciti sunt ad ea implenda que spiritus approbat. Nam prudentia carnis. quasi dicat ille qui sapit ea que carnis sunt. non est iustus. Nam prudentia carnis est mors eterna. id est dignum est eterna morte. qui habet prudentiam carnis. quod est cum studiosi implent que carnis sunt appetendo bona temporalia. et fugiendo mala. et cum naturas rerum tamen secuntur. quod [illegible] genere peccatum. prudentia autem idem est. cum res stulta sit. quod ita uidetur secularibus hominibus. prudentia carnis est mors. Prudentia autem spiritus. que est cum studiose quis agit spiritualia. est uita. id est causa uite in futuro. et hoc pax interius. Vel est uita et pax. id est uita cum pace. que erit in futuro. Vere prudentia carnis est mors. Quia sapientia carnis. scilicet que a deo intendit carnalibus. inimica est deo. id est qui sapit secundum carnem. inimicus est deo. quia sibi finem [illegible] constituit. Vel quia nil putat deum posse preter quod [illegible] uidetur. et ideo inimica est deo. Legi enim dei non est subiecta. id est sapiens secundum carnem. bonis institutionibus dei non obedit. Nota quod [illegible] carnis obedientia. et ideo non. Nec enim potest esse subiecta. Quod est non potest? Ideo homo potest. [illegible] non ipsa caro que dei creatura est. potest. [illegible] sed prudentia carnis non potest. id est natura potest. uitium non potest. Sed medicus ad hoc uenit ut pellat uitium. Venit enim saluator ad genus humanum. nullum sanum inuenit. ideo magnus medicus uenit ad

Ago. de uib. apli.

Aug.

Amb.

Ori.

Amb.

Aug.

Aug.

Ago. de uib. apli.

sanandum vitium. quo sanato reparata est na-
tura. Ubi hereticos manicheos qui volebant aliam
contrariam deo inducere naturam mali. hi verbo apostoli suum
confirmantes errorem. Sed unus homo est eadem natura a
bono deo condita. bona que heri sapiebat secundum carnem
hodie secundum spiritum sapit. que dum vitium habet non potest subici
legi dei. sicut claudicando non potest subici recte ambu-
lationi. Tolle sed claudicationem et videbis rectam am-
bulationem. Ita excluso vitio sanata est natura.
Quod autem singulariter in ... Qui enim in carne sunt
id est qui per concupiscentias carnis eunt et variis volup-
tatibus delectantur. deo placere non possunt. Vos autem. ver-
ba ad ipsos romanos convertit. quasi diceret in carne non
vita sed vitio intellexerit ostendens quod qui in carne sunt
non placent deo. Vos autem o romani non estis in car-
ne id est non facitis opera carnis. quia non pro vobis dictum illud
est supra. sed estis in spiritu id est in hiis que suadet vobis. ita
tamen hoc dico si spiritus dei habitat in vobis. Ecce hic docet
quomodo quis ambulet secundum spiritum scilicet si habet spiritum dei et
nota quod ambigue dixit hoc. quia in lege inducti non
perfecte erant fidei sed spes est perficiendi. Si quis autem.
quasi si quis habet spiritum dei non est in carne. Si quis autem non
habet spiritum christi id est dei. quia idem est spiritus dei et spiritus christi. hic non est eius.
id est christi membrum. Ecce unum est secundum carnem ambulare
excepto scilicet quod quis non habet spiritum christi quod est dum vivit secundum se
suum carnis vel secundum gesta carnis id est dum tunc consentit
carni vel eius opera actum explet. Secundum destructum est.
quod duo supra vocat ambulare secundum carnem et esse secundum
carnem. Si autem. quasi qui non habet spiritum christi non est eius. sed si
christus in vobis est. qui est idem cum spiritu sancto. quasi diceret si spiritus
christi in vobis est. corpus quidem mortuum est propter peccatum. spiritus
vero vivit propter iustificationem. id est licet hoc sit quod corpus est
mortuum tamen spiritus vivit. Et nota quod non ait mortale
sed mortuum. Mortale quidem fuit ante peccatum id est po-
tens mori. sed post peccatum fuit mortuum id est habens in se
necessitatem moriendi. Et ideo congrue addidit propter pec-
catum scilicet originale. Unde est hec mortalitas. Vel mor-
tuum est propter peccatum scilicet mutandum. propter hoc enim hec infirmitas reser-
vatur. ut per hanc penam quam sentit magis timeat
peccare. Vel nomine corporis totum hominem significat. sicut
propheta ezechiel e converso totum hominem anime nomine sig-
nificavit dicens. anima que peccaverit ipsa mori-
etur. Qui autem in peccatis prius mortuus est per gratiam spiritus post ea
vivit. et est sensus. si spiritus christi in vobis est. licet corpus
mortuum est id est homo mortuus fuit propter peccatum id est in
peccatis. spiritus tamen id est anima que fuerat impia vivit.
quia deo qui est vita iungitur. et hoc propter iustificationem.

Qui enim in
carne sunt deo
placere non pos
sunt. Vos autem
in carne non e
stis. sed in spiritu si
tamen spiritus dei ha
bitat in vobis.
Si quis autem spiritum
christi non habet hic non
est eius. Si autem
christus in vobis est
corpus quidem mor
tuum est propter pec
catum. Spiritus
vero vivit propter
iustificationem.
Quod si spiritus eius
qui suscitavit
Ihesum christum a
mortuis habitat
in vobis
qui suscitavit
Ihesum christum a

id est peccatorum remissionem. et cetera. que est ex spiritu sancto. Quod
si spiritus et cetera. quasi hoc iam est in vobis. quod spiritus id est anima vivit propter iusti-
ciam. quod id est sed si spiritus eius id est dei patris qui suscitavit christum
a mortuis. hic est causa quare suscitabit alios. quia est suscita-
tor. habitat in vobis. dico quod qui hoc potuit scilicet qui susci-
tavit christum ihesum a mortuis sicut dictum est vivifica-
bit et id est immortalia corpora vestra id est faciet impassibilia. et im-
mortalia corpora vestra. mortalia. non ait mortua. quod
cum supra est et supra dixisset corpus mortuum. sed ait mortalia
quale fuit corpus hominis et ante peccatum. Tunc enim morta-
le erat sed non mortuum. quia poterat mori si peccaret
homo. sed non habebat in se necessitatem moriendi. sicut
hoc corpus nostrum. Per quod est equitabile iumentum non sit egrum.
et ita illud corpus iam tunc erat mortale. sed propter peccatum factum
est mortuum id est necessario moriturum. Ante peccatum ergo cor-
pus erat animale. id est quod mortale. Bene ergo ait. mortalia
et non ait mortua. quia in resurrectione est mortale hoc in-
duet immortalitatem. non solum necessitas moriendi
quam modo habet. sed nec et mortalitas quam corpus animale habuit
ante peccatum remanebit. Et hoc sit non propter nostram dignitatem. non
propter vestram vitam. sed propter spiritum eius inhabitantem in vobis. id est
propter suam misericordiam. Per quod spiritus sancti gratiam habitat in vobis eviden-
tissime apparet. non tamen spiritus sed et corporis mortem propter pec-
catum hominis venisse. et per spiritum scilicet utrique liberari a christo
donoque eius. quia anime dat. id est sancto spiritu non solum anima cum
datur salva et placata et sancta sit. sed et ipsum corpus vivifi-
cabitur. erit quia in natura sua immortalissimum. id est hoc evidentis-
simum testimonium de resurrectione. et tam perclara
et aperta sententia ut non expositione sed lectore indigeat
et notantem hoc quattuor hominum actus. In hac namque apostoli se-
rie quattuor hominis actiones designantur. Prima fuit
ante legem. secunda sub lege. tertia sub gratia. quarta mutata e-
terna. In prima actione ante legem nulla pugna est et vo-
luptatibus hic seculi. In secunda sub lege pugnamus sed vinci-
mur. In tertia pugnamus et vincimus. In quarta non est pugna sed
quies et pax eterna. quia subiugabitur nobis nostrum inferi-
us quod ideo non subdebatur. quia superiorem nobis deum deserueramus.
Attende et quod spiritus scilicet et spiritus patris dicitur in lege. Si autem
spiritus eius qui suscitavit christum et spiritus filii in lege. quod autem
spiritum christi non habet. quia spiritus scilicet de utroque procedit. non enim
duo sunt spiritus sancti. unus patris et alter filii. sed potius unus
patris et filii. Sicut ergo filius non est a se ipso sed ab illo de quo na-
tus est. ita et spiritus sanctus non a se ipso est sed ab illo de quo procedit id est
a patre et filio. distinguere autem inter illam generationem et
hanc processionem nescio. non valeo. non sufficio. quia et illa
et ista ineffabilis est. Ideoque sicut propheta de filio loquens
ait. Generationem eius quis enarrabit. hec ergo tri-

Aug. de baptismo parvulorum.

Aug. in eodem.

Animale scilicet quod non necesse esset mori nec mortuum scilicet quod necesse est mori.

Animale scilicet quod non peccet esse mori nec mortuum ... necesse ... mori.

Aug. de baptismo parvulorum.

Aug. de incarnatione.

Aug.

Aug. de baptismo parvulorum.

Aug.

Aug. in questionibus ...

Aug. in ...

Aug. in eodem.

Ita de spiritu sancto dicimus processionem eius quis enarrabit.

... spiritus sancti ... processionem ... enarrabit.

resisto. averto mentem, nego arma, teneo membra. Et tamen fit in me quod nolo, quia non vult et lex. Volo id cum lege, quia quod non vult, nolo. Et tamen facio, sed et non consentio immo legi et velle suum quod bona est, quia in id nolo quod lex. Dicit enim lex: Non concupisces. Et ego nolo concupiscere, sed velle concupiscere legi non consentientem et in neutro quod non vult nolo et quod vult volo, et ubi facio quod concupiscentie non consentio, fervet ergo pugna. Non concupiscere namque omnino perfecti est. Post concupiscentias tuas non ire luctantis est et laborantis. Attende quomodo dicat Augustinus hic legem nolle quod nolebat apostolus. Illud enim quod apostolus nolebat et tamen faciebat concupiscentia est, que est in primo motu, que est veniale peccatum. Si ergo dicitur illam nolle lex prohibere, non prohibet veniale peccatum? Et ubi alibi dicit quia omnino non prohibet, sed potius concedi videtur ei quia alibi legitur non dicitur prohiberi, quia potestatis nostre non est illud non permittere, quia vitare non possumus super illum locum. In sermone in quo vult peccatum. Ad quod dicimus legem omnem illicitam concupiscentiam nolle. Sed aliter dicitur nolle concupiscentiam que est in primo motu, aliter concupiscentiam delectationis et consensus. Illam quippe non vult, id est reprobat, detestatur, peccatum esse ostendit. Hanc non solum ostendit esse peccatum, verum et prohibet, ut ita intelligatur quod dictum est: Non concupisces, id est carnis concupiscentiam omnino esse peccatum scito, et ei consentire in talibus caveto. Augustinus: Non autem dico facio quod nolo. Nunc autem ego iam non operor illud. Iam redemptus, iam accepta gratia Christi, qui sum autem sub peccato venumdatus, non operor illud. Libera est enim mens, sed caro captiva. Non subditus, sed peccatum, id est fomes peccati, quod habitat in me, hoc est in carne mea. Et sic habitet, vivit tamen iste sanctus ex fide non consentiendo ei. Sentit enim desideria mala, sed si non regnaret ipse non faceret. Faceret autem si eis consentiret. Concedit ergo enim desideria malorum non ipse operabatur, quibus non consentiebat ad perpetranda peccata. Omnino tamen non fallitur homo, qui consentiens concupiscentie carnis sue et quod illa desiderat decernens et statuens facere putat se adhuc esse dicendum: non ego operor illud. Et si odit quod consentit, sit enim in utroque, et ipse odit quod malum esse novit, et ipse facit quod facere statuit. Si non et illud addatur, et quod facere statuit in corde opere compleat, et dicat: non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum, ideo quod est decretum et factum displicet sibi. Tamen erratur ut non seipsum agnoscat, cum ex toto ipse sit. Et corde statuente et corpore implente adhuc seipsum esse non putat. Augustinus ergo dicit: non ego operor illud, si tantum concupiscit; tamen dicit non, si corde consensione decernit autem et ministerio corporis perficit. Omnino tamen porro illicita desideria eius non obediendo, non eum operari. Id et nos agere dicimur. Quoniam non est nature vigor aliene, sed languor nostre, qui cum operatur aliquid in sinistro liberabimur. Quod tamen non sunt nisi sunt per eum. Ideo huiusmodi desideria peccati. Sed iam nos ea non operamur non eis obediendo, sed quod in nobis habitat peccatum eadem commovendo. Et in magnum est hic quod est fit ex carne concupiscentia et ad carnem pertineat corporis membra, non tamen regnat peccatum, id est carnis concupiscentia. Augustinus: Scio enim quia non habitat in me, hoc est in carne mea, bonum. Sed

inveni quia autem quod in vitio carnis vivit bona non est. Non est bonum quod cum esse debuit carere. Sed iam vitiata et vitiosa non erit, quia enim est concupiscentie vitium quia inest, non per se sed ex carne contraxit natura, quippe humana non operante. Cum vitio primum est instituta, sed ex voluntatis arbitrio primorum hominum venientem vitio sauciatam. Augustinus: Nam velle adiacet mihi, perficere autem bonum non invenio. Hoc est non est in me non autem facere, sed perficere, quia non nil facere. Rebellat enim concupiscentia et non consentit. Delectatur enim uxore aliena, et non admittit, tamen admittit. Insectatur virtutis mentem videns suis strepentem concupiscentiam. Et minus invitat concupiscentiam. Agit ergo bonum quia concupiscentie non consentit, sed non perficit bonum, scilicet ut omnino non concupiscat. Sic et hostis eius, scilicet concupiscentia, agit malum quia movet malum desiderium, sed non perficit malum quia non pertrahit ad malum. Et in isto bello est tota vita sanctorum. Non enim quod volo ago bonum. Non enim ago hoc bonum quod volo, id est non concupiscere, sed facio hoc malum quod nolo, id est concupisco. Si autem quod nolo illud facio, non ego iam operor illud, sed peccatum, id est fomes peccati, quod habitat in me. Quia non mente consentio sed carne concupisco. Et ita ego non operor. Igitur invenio legem esse bonum, que ostendit malum mihi, id est tantum, volenti facere bonum; volenti dico tamen, quoniam, id est quia, malum adiacet mihi, id est vitium concupiscentie inest mihi. Et ita volo bonum. Condelector enim legi Dei et hic secundum interiorem hominem, id est interiorem, qui sepe vel interior vel superior homo dicitur, eo quod interius et desuper a spiritu sancto fecundata superioribus intendit. Lex autem patrum libertatis reddita est, scilicet secundum interiorem hominem. His atque huiusmodi diligenter consideratis, iuxta scripture apostolice circumstantiam recte intelligitur apostolus non se solum in sua persona, verum etiam alios sub gratia constitutos significasse. Utrum enim ex propria apostoli persona, an ex universali hominis persona sub gratia positi hic melius accipiatur, non omnino perspicuum est. Video autem et cetera. Quia condelector legi. Video autem aliam legem in membris meis. Ecce patenter restat infirmitas. Lex que in membris est et repugnans mente vitium carnis est, quod ex pena peccati et excidit ex mortis pervenit. Sed lex ista que est in membris remissa est gratia regeneratione spirituali, et manet in carne mortali. Remissa est quia reatus solutus est sacramento quo renascuntur fideles. Manet autem quia operatur desideria contra que dimicant fideles. Repugnantem legi mentis mee, id est legi nostre contrarius, et captivantem me, ex carne non mente, in lege peccati, id est in motum concupiscentie. Ipsa enim concupiscentia est lex peccati. Lex autem membrorum vel carnis est in membris quidam affectus vel languor qui commovet illicita desideria, id est carnalem concupiscentiam, que lex peccati vocatur, quia hic carnale usque in captivum tenet. Lex ergo carnis me captivat sub ipsa lege peccati, id est sub concupiscentia sua. Captivum autem me ducit non ex mente sed ex carne, non ex toto sed ex parte, quia mens pugnat et condelectatur legi Dei. Sic de ipso apostolo convenienter accipitur qui dicit se captivum duci ex carne. Convenienter

Aug. de ub. apli.

Aug. de ub. apli.

Aug. c. iulian.

Aug. de nuptiis et concupiscentiis.

Obo contra pmissam sententiam.

Aug. de ub. apli.

Aug.

enim non consentit peccato titillanti, suggerenti, blandienti. quia hic alias nominat delectaciones delectationibus carnis nulla ex parte consentiendas. Mens ergo contendit sed mens non consentit: id est in me quidam martirium et quidam triumphus. Vel lex peccati accipitur consensus et operatio peccati. Lex sive carnis vel membrorum primus motus concupiscentie id est. Video aliam legem scilicet concupiscentie motum in membris meis: ut in occulto ad concupiscendum sic extimulans repugnantem legi mentis mee. Sed non vincat. Et captivantem me id est captivare me conantem in legem peccati id est ad consentiendum vitia implendum quod opere peccatum vel potius quod est lex membrorum et lex peccati scilicet carnalis concupiscencia ut sic sensus captivantem me in lege peccati. Sed est sub lege ipsa que est in membris meis. Captivat autem me ut predictum est ex carne non ex mente. Quod tamen sperandum expectanda est liberatio in Christo. Itaque ego spiritualis homo quia carnalis. Infelix sum non in mente sed in carne. Et quis me liberabit de corpore mortis huius id est de congregatione malorum ingruentium scilicet de motibus concupiscentie quibus in me contra propter corruptionem in qua habitat peccatum. Vel de corpore mortis huius id est de corpore isto sed quod mortale est. Non enim sic liberabit ut hoc corpus non habeat. Habebit enim hoc corpus sed non iam mortis huius. Ipsum erit et non ipsum erit. Ipsum erit quia ipsa creatio erit. Non ipsum erit quia mortale non erit. Liberabit autem te cum mortale hoc induet immortalitatem in nulla concupiscentia remanebit. Sed a quo liberabit id est per quid. Gratia dei per Ihesum Christum dominum nostrum. Sicut enim per unum hominem mors fuit ita et per unum erit resurrectio mortuorum. Sed in interim quid erit. Pugna, lucta. Unde subdit. Igitur ego ipse id est quia in mente condelector legi et ex carne captivus ducor. Igitur ego ipse id est unus et idem homo possum mente et carne servio. Sed mente servio legi dei non consentiendo peccato, carne autem servio legi peccati concupiscendo. Igitur ego ipse servio in carne, ego servio in mente. Non enim duo sumus inter nos contrarii de diversis principiis venientes. Sed ego ipse mente servio legi dei, carne autem servio legi peccati. Quamdiu languor obluctatur saluti. Non enim alius in mente et alius in carne quia ego in mente et ego in carne. Et magis sum in mente quam in carne. Non enim sunt due nature contrarie ut manichei somniant. Sed ex utroque unus homo quia unus est deus a quo factus est homo. Consentire igitur non consentio, carne concupisco. Semper itaque pugna est in corpore mortis huius quia ipsa concupiscentia cum qua nati sumus finiri non potest. Quamdiu vivimus cottidie minui potest, finiri non potest. Sequitur. Nichil ergo id est quia mente servio legi dei, igitur nichil dampnationis est nunc, id est si autem non tamen nunc cum in Christo sint non est dico his qui sunt in Christo Ihesu in quo omnia solvuntur et ideo nihil dampnationis est illis quia et si macule ex carne sint non obsunt. Nunc id est habent desideria carnis quibus non consentiunt. Et si lex in membris eorum repugnat legi mentis, tamen nihil dampnationis est quia per gratiam baptismatis et lavacrum regenerationis solutus et ipse reatus cum quo eras natus et quicquid antea consensisti male concupiscentie sive cogitatione sive locutione sive actione deletum. Qui sunt in Christo determinat dicens. Qui non ambulant secundum carnem. His scilicet nihil dampnationis est qui non ambulant secundum eam id est qui non obediunt carni et si aliquando cadit surgunt. Sequitur. Lex enim. Hic ostendit per quod gratia dei liberat scilicet per spiritum sanctum. Dixit autem nihil dampnationis esse his qui non ambulant secundum carnem et quia quis diceret potes ne secundum carnem non ambulare. Respondet possum quia lex spiritus et cetera. Vel ita construe. Ideo nihil dampnationis est quia lex spiritus id est spiritus sanctus qui docet quid agendum sit quid non, qui est auctor vite, liberavit me a lege peccati et mortis id est a lege moysi que per peccatum et prevaricationem causa est mortis. In Christo Ihesu id est per Christum qui dat nobis spiritum sanctum. Vel ita. Lex spiritus accipitur lex fidei que dicitur spiritus quia deus cuius fides est spiritus est. Discernende ergo hic sunt tres leges et valde est necessaria ista discretio. Lex inquit spiritus vite. Ecce una lex. A lege peccati et mortis. Ecce alia lex. Et sequitur. Quod impossibile erat legi. Ecce tercia lex. Hec est lex per moysen data in monte synai. Due ergo leges natura bone sunt scilicet lex fidei que peccatum tollit et lex moysi que peccatum ostendit prohibendo. Lex vero peccati mala quia reos facit. Unde dictum est et quod mirum est dicitur lex spiritualis quod predictum est de lege moysi et cum dicitur lex spiritus quod hic dicitur de lege fidei. Hoc interest quia lex moysi dicitur spiritualis ideo quia prohibet peccare, sed non dicitur spiritus vel vite quia non iustificat remissis peccatis. Hec autem dicitur lex spiritus vite quia et peccata dimittit et a morte revocat. Lex spiritus vite dicitur id est spiritus est quo creditur id est spiritus est cuius fides est. Quasi dicat ideo nihil dampnationis est quia lex spiritus vite id est lex fidei per quam iustificamur que spiritus potius in me docet liberavit me. Quia liberatio facta est in Christo Ihesu qui per fidem iustificat et sine cuius fide non est iustificatio. Unde liberavit a lege peccati et mortis id est consensu et operatione peccati que est causa mortis quod non potuit tercia lex moysi. Lex carnis sive predictum est non est dei sed peccati et mortis. Sed reos facit. Lex autem moysi sancta et dei est que ostendit malum sed non tollit. Lex autem spiritus que est fidei et gratie malum tollit. Sequitur. Nam quod impossibile. Quomodo in Christo facta sit liberatio hic exponit quasi in Christo Ihesu dico nos liberatos. Nam deus est in Christo filio suo et ita per eum potest fieri liberatio nostra, que non poterat fieri per legem. Et hoc est. Nam deus pater misit filium suum id est visibilem fecit. Filium suum id est sibi consubstantialem. Non misit ubi non erat qui ubique est, venit in virginem que ante in virgine erat et ante virginem erat. Ergo creavit. Elegit. Ergo elegit creavit. Attulit virgini fecunditatem non abstulit integritatem. Veniens in uterum virginis. Sed si ante ibi erat quomodo

servio legi dei, carne autem legi peccati. Nichil ergo nunc dampnationis est his qui sunt in Christo Ihesu qui non secundum carnem ambulant. Lex enim spiritus vite in Christo Ihesu liberavit me a lege peccati et mortis. Nam quod impossibile erat legi in quo infirmabatur per carnem, deus filium suum

Ambrosius in sermone de concupiscentia ...

Ambrosius

Augustinus de verbis apostoli

Ambrosius

Augustinus

Ambrosius

Ambrosius de verbis apostoli

Ambrosius

Aug. in expositione ad romanos.

qui habitat .i. semper est in me .i. in carne mea. vel in me .i. in sensualitate mea. Cavendum est ne quis arbitretur his verbis auferri a nobis liberum arbitrium. quod non ita est. Hec enim homo describitur sub lege positus ante gratiam. tunc enim homo peccatis convincitur dum viribus suis iuste vivere conatur. sed adiutorio liberantis gratie non liberum arbitrium liberatur ut liberatori credatur. Augustinus. ita non peccet contra legem. Scio enim. quasi palam patet quod peccatum habitat in carne. enim .i. quia bonum non habitat in me. hoc est in carne mea. sed in sensualitate hominis. vel sic: scio quia non habitat etc. Quomodo habitare in carne peccatum cum non sit substantia sed privatio boni. Caro vero primi hominis corpus corruptum est per peccatum. ipsa quia corruptio per conditionem offensionis manet in corpore. robur tenens divine sententie date in adam cui consortio anima maculatur peccato. pro quo quasi ... ea manet. inhabitare dicitur peccatum in carne. hec est lex carnis ad quam diabolus accedit ut hominem malis suggestionibus decipiat. ne faciat bonum quod lex precepit. Sequitur. Nam velle. quasi vere non habitat in me bonum. quia etsi bonum velle, non bonum perficere. bonum velle non gratia. velle bonum adiacet mihi .i. iuxta carnem iacet. et quiescit impotens per se surgere ad bonum operandum. iuxta carnem ergo iacet. velle quod utile est. quodammodo si velle bonum per rationem est; tale est hoc velle quia semper in carnis superatur. velle autem dei carnem superat. Attende quia bona sunt que nobis lex adhuc ... innotuit. ... facere velint. sed deest virtus perficiendi. Unde subdit. Perficere autem bonum. prorsus non invenio. quia sic possessus est dominatione peccati ut non possit ut quod vult. non valeat non audeat contra dicere quia potestatis eius alterius est dominus. ergo et si velit. non tamen perficere bonum. quia ex deo tamen est cui gratia adhuc caret. Non enim quod dico quia bonum perficere non invenio. quia in parte de qua mihi videtur ostendo. quia non in illud bonum quod volo invenio sed econtrario malum. quia in illud quod nolo. et hoc est. non enim ago hoc bonum quod volo. sed econtrario facio hoc malum quod nolo. Vel tamen contra. non invenio bonum non mirum. quia non est ibi. et vere non. Non enim quod volo etc. hoc ideo dicit. quia multi stulti sunt qui non inveniunt bonum in aliqua re. quia tamen ibi est. Si autem quod nolo. Concludit superiorem sententiam. scilicet quod non operatur malum. quia ego non facio quod volo. et facio quod nolo. Si autem facio quod non. scilicet dimittere bonum et facere malum. ergo ego non operor illud .i. malum. ex quo priori quod concluditur. scilicet quod consentit legi dei. ego non operor. sed quod inhabitat in me peccatum .i.

illud. Sed quod habitat in me peccatum. Scio enim quia non habitat in me, hoc est in carne mea bonum. Nam velle adiacet mihi. Perficere autem bonum non invenio. Non enim quod volo bonum hoc facio. sed quod nolo malum hoc ago. Si autem quod nolo illud facio. iam non ego operor illud. sed quod habitat in me peccatum. Invenio igitur legem volenti mihi facere bonum. quoniam mihi malum adiacet. Condelector enim legi dei secundum interiorem hominem. Video autem aliam legem in membris meis repugnantem

fomes peccati. vel carnalis concupiscentia. unde omnia oriuntur peccata. Omne enim peccatum in anima le concupiscendo committitur. quod iste ad peccatum trahitur. Prosperus. enim peccato non sua sed illius voluntate perficit. Sed numquid quia invitum hominem dicit peccare in minimis debet. videlicet a crimine non tenetur. Prosperus. enim vitio. et desideria hec sunt concepta. quia cum in acceptaverit se per assensum peccato tunc dicatur illi. et hoc ideo dicit ut noverit de quantis malis deus homines eruit. et que extrema ex adam trahit. cui non lex subvenire potuit. per hec ergo beneficia dei demonstrat. qui de tantis liberat. Invenio igitur. Vixerat legem esse bonam. et manifestum esse bonam quod id vult. et ei consentit. hic addit igitur bonam legem bone nature adiunctam. et tamen exterior homo .i. fomes peccati. qui est ex carne illa duo vincit. ut homo per vetera se posse evadere videns. obnoxius sit gratie. quasi dicat. quia ego non operor malum. immo nolo. igitur invenio legem esse bonam .i. utilem et adiunctam. michi .i. rationi. dum docet quid bonum vel quid malum sit. mihi dico volenti facere bonum. quasi ex eo probo legem esse bonam quia nolo facere quod ipsa nobis. Sequitur. quoniam mihi etc. quasi bene dico mihi volenti tamen. quia perficere bonum non possum. ideo quoniam .i. quia malum adiacet .i. prope est insidians mihi rationi. hoc in carne enim est quod ad ianuam anime. non cogit alium facere. quoniam vult homo et lex. Condelector enim etc. quasi vere lex est bonum rationi. quia condelector legi dei. volens quod ipsa nobis et gaudens imitari ab ea. condelector dico secundum interiorem hominem. interior homo animus est. quo dicitur oblectari his que a lege traduntur. quia in animo non habitat peccatum. sed in carne .i. causa peccati non est ex anima sed ex carne. quia caro est ex origine carnis peccatricis. per traducem omnis caro sit peccati. Augustinus. enim caro ex adam traducitur. peccatum in se habet .i. causam peccati. si anima traduceretur et ipsa haberet. Augustinus anima ade peccavit. si non peccatum in se haberet. homo non se cognosceret. nec autem cognosceret se et delectatur legi dei. Video autem. quasi dico condelector legi. sed video aliam legem .i. fomitem peccati. que regnat in membris meis. ut in oculo ad concupiscendum. in manu ad operandum. et hoc nimis. repugnantem legi mentis mee .i. legi et rationi mee coniunctis in unum. fomes autem peccati. que est ex carne. et repugnat menti. recte dicitur lex. quia legitime factum est. ut que non obe

Amb.

Amb.

Amb.

Amb.

Amb.

Amb.

Amb.

Amb.

Amb.

Amb.

duntur suo superiori et non servat sibi infe-
riori. i. caro. Superior est dominus tuus. inferior est caro
tua. Servi meliori ut serviatur tibi ab inferiori.
Contempsisti superiorem. torqueris ab inferiori. Dico
repugnantem et inde captivantem me. Vel captivum
ducentem me per consensum et operationem. et consue-
tudine peccandi dominatur. Captivantem dico. Vel du-
centem in legem peccati. i. in peccatum. quod dicit lex quia
dominatur. Que lex ut predictum est in membris meis. i. ex
carne quanto autem interior tanto est periculosior. Hec
est lex mala qua quisque carnali consuetudine im-
plicatus astringitur. Hanc repugnare ait legi
mentis sue et se captivare. Unde intelligitur ille homo de-
scribi qui non est sub gratia et adhuc captivatur. In-
felix ego homo. sum. quia natus est sub peccato hostem
huius secum peccatum per quod aditum habet ad illum sa-
thanas. ... fabricavit adam per quem ad si-
nus ... expoliatus ascendat ... clementissimus
dominus ... per quod subditur. Quis me liberabit
quod miser sum. i. per me non possum liberari. Quis
me liberabit de corpore mortis huius. i. de dominio car-
nis in qua mors est non potest hoc facere nec magnum aliquid.
sed ecce. quis me liberabit. non lex moysi non ipse meis
viribus ait. Sed gratia dei per iesum christum dominum nostrum. quem
misit deus nobis ut per eum peccatorum remissione
percepta homo relevetur ut de cetero possit resipis-
cere ipso peccato liberetur. et homo ex ... resi-
stere adversario potestate recepta qua illum domi-
natur a deo. Et attende quod hic induce... contra legem si-
di potiorem lege moysi. que ... vocatur. Quattu-
or enim leges in hac serie memorantur. scilicet lex mentis
lex membrorum. que prima est legem peccati accipite. lex
moysi. contra lex fidei. et notatur ... actus. i. ...
re hominis in lege spiritus. Loquitur enim hic apostolus in persona hominis sub gratia degentis
securus. Igitur ego ipse. etc. Quia dixit gratia se esse liberatum ne quis putaret securum
quem peccatum non ultra noceat. determinat quomodo facta sit liberatio. scilicet si in gratia
remanserit. aliquin peccatum iterum occupat. quasi dicat quod liberat gratia. Igitur ego. i. rationa-
lis interior homo. licet habens fomitem peccati ut prius. tamen servio. i. potens sum
servire legi dei et hic mente. i. voluntate. iam enim liber animus et in consuetudinem bo-
nam revocatus gratia adiuvante. malas suggestiones ... spiritus ... superare.
Carne autem. quasi mente servio legi. carne autem servio legi peccati. et ideo non est securus
... agendum sed cavendum est ne regnet. Aliter ... legi ab illo loco. Ego autem car-
nalis sum. Loquitur enim apostolus in persona sua vel alicuius iusti sub gratia constituti
dicens. Augustinus. Aliquando ... visum fuisse in hoc apostoli sermone describi hominem
sub lege ut ante dictum est. sed ut ait ... non homo gratie. quod loquitur quod est delectatur le-
gi dei et consentit. et quod non operatur malum nec vult. et quod ignorat. i. non approbat
et etiam nil dampnationis nunc est sicut in sequenti ostenditur. et tamen adhuc se esse car-

legi mentis meae et captivantem me in lege peccati quae est in membris meis. Infelix ego homo. quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia dei per iesum christum dominum nostrum. Igitur ego ipse mente

nalem dicit his verbis. Ego autem carnalis sum. quia lex est spiritualis. Ego autem carnalis
sum. Hec non videretur de se ipso dicere apostolus. sed carnem quamdiu hic vivit propter *Aug. de verbis apostoli*
carnis mortem quam sentit. Hic et in veritate dicit omnes sanctos. propter quod spiritualis est. id quod carnalis spiritua-
lis. quia secundum spiritum vivit. carnalis. quia carnis concupiscentias sentit. sed non est car-
nalis quia concupiscentiis non consentit. Ex parte qua mortalis carnalis est. ex parte spiritu-
alis spiritualis. Ex parte meliori spiritualis. ex parte inferiori carnalis est. et propter hoc ex pec-
cato primi hominis accessit. Subditur. Ego dico. venumdatus sub peccato. i. pretio male
voluptatis ade subiectus peccato. i. concupiscentie. Hanc enim peccati nomine appellat *Aug. de spiritu et littera*
unde oriuntur omnia peccata. i. ex carnali concupiscentia. quidquid enim peccatorum est in di-
ctis in factis in cogitationibus non oritur nisi ex mala concupiscentia. que a peccato sum- *Aug. contra Iulianum*
est et si consentientem fecerit. autem illexerit. concipit pa-
rit quod peccatum. de peccato quod est a fomite et peccatum tunc re-
generat gratiam. Quod enim. determinat quomodo se carna-
lem dixerat. quia non operatur quod approbat. et hic est ... sub pec-
cato sum. Quod enim operor. non intelligo. vel ignoro. alia
littera. i. non approbo non accepto non michi placet non con- *Aug. de verbis apostoli*
sentio. Aliter enim videtur contrarium esse illi sententie quod dicit pec-
catum ut appareat peccatum per mandatum. Quomodo enim ap-
pareret si ignorat. Sed ignoro sic dictum est hoc loco ut
intelligatur non approbo sed hanc locutionem dicit dominus pec-
catoribus. non novi vos. non enim eum aliquid latet. sed quod peccata
non inveniuntur in regulis preceptorum. quas lex veritas. ideo ipsa
veritas dicit non novi. et apostolus ait ignoro. et tunc non approbo
Non enim quod volo bonum hoc ago. sed quod nolo. i. non concupiscere. sed potius facio *Aug. de eodem*
illud quod odi. i. concupisco. ex carne et si non assensum pre-
beo. ex ratione adhuc confligo. non de me magnum est incer-
tum. quia et si concupiscentie non consentio. tamen adhuc concu-
pisco et nolo. facio quod nolo. facio quod odio. quod odio
concupiscere. non enim est intelligendum quod apostolus velit esse *Aug. de verbis apostoli*
castus et esset adulter. vel misericors et esset crudelis et talia
... sed audiens legem dicentem. Non concupisces. in-
tus agnovit et odit. bellum habuit. quia volebat non concu-
piscere et concupiscebat. ideo dicit. quod nolo facio. i. concu- *Aug.*
pisco. Non quod per concupiscentiam erat apostolus et eum ad mala
traheret. luctabatur non subiugabatur. de se hoc proponit *Id.*
ne de te desperes ...
nam suam. ne timeres tuam. Si enim hic non dixisset apostolus
videres concupiscentiam moveri in membris tuis desperares
et diceres si ad deum pertinerem non sic moverer. Vide autem
apostolum pugnantem. et noli te facere desperantem. Sequitur.
Si autem etc. quod odi. quod facio. Si autem quod nolo ex inte- *Aug.*
llectu illud facio. ex carne. si nolo illud quod facio. scilicet concu- *Aug. de verbis apostoli*
piscere. quod consentio legi. i. legem laudat voluntas mea
que non consentit concupiscentie carnis quam lex prohibet. que dicit
dicit. Non concupisces. quia et nolo. consentio legi. non quia
illud ago. quod enim ago. lex odit. i. non approbat. dum con-
sentit prohibet. cum in hoc consentio. quia concupiscentie

sim inicio, sed ratione predicte occasionis. Sequitur. Nam peccatum quasi dicat mandatum est ad mortem. quod inventum sit determinat. quasi quod inventum est mandatum est ad mortem. Ecce quia per illud seductus sum falsa dulcedine. a diabolo vel fomite. id est. Nam peccatum. id est carnalitas vel diabolus. fefellit me vel seduxit. id est a bono ad malum traxit me occasione accepta per mandatum. quia quod concupiscitur dulcius fit dum vetatur. sic peccatum fallit per mandatum. Lex prohibitione namque non curant desiderium mali crescere. quod acto dulcius fit quod prohibetur. et ita peccatum fallit. falsa dulcedine. Fallax est dulcedo quam plures atque maiores penarum amaritudines consequuntur. Et non solum seduxit per mandatum sed et per illud mandatum occidit. quia et reatus prevaricationis accessit. Gladio quem portabas te inimicus occidit. armis tuis te vicit. armis tuis te interemit. Mandato enim tamquam gladio armatus eras. ut inimicum occideres. quibus non valeres nisi de te presumens. Esto quod hominis non de te presumas. et potius vincere. Vide enim parvum david quam ingentem goliam sed in dei nomine presumentem non in viribus suis. sed tu venis michi ad me clipeo et lancea. ego in nomine dei omnipotentis. sic omnino non aliter presumens inimicus. Vel ita lege. dico quod peccatum seduxit me. et per illud. id est prohibitionem quia seduxit occidit me. id est ad eternam dampnationem perduxit. Sequitur. Itaque lex quidem. Supra legem peccatum esse negavit. defendens eam a crimine. hic eandem sua laude defendit. Aliud est a crimine obiecto defendere. aliud debito preconio predicare. Crimen obiectum fuit. ubi dictum est. lex peccatum est. defensio subsecuta est cum ait. Absit. Unius verbo defensa est veritas. quia magna est defendentis auctoritas. Hic autem ubertima laude legem commendat. ne quid suspicionis adverse remaneret in lege. quasi dicat quia lex est ad vitam et bona iubet et mala prohibet et facit peccatum agnosci. Itaque. id est quod est sancta. id est sanctitatem docens et mandatum. id est quod preceptum est. sanctum. iustum. id est iustificans peccatorem. et bonum. id est utile vitam adquirens. Sequitur. Quod ergo. hic querit utrum lex et si sit bona. fit tamen efficiendo dampnosa. quod ex predictis videbatur posse colligi. ubi dixerat mandatum esse ad mortem. fit dixerat esse bonum. Unde minus intelligentibus videbatur per bonum effectum esse mortem. quod apostolus removet. et quo intellectu dixerit mandatum esse ad mortem. exponit contra quosdam impios qui dicebant veterem testamentum esse a principe tenebrarum non a domino. quasi dicat. constat legem esse bonam. et constet ergo quod bona est lex. et tamen ex ea est michi mors. ut supra

Nam peccatum occasione accepta per mandatum seduxit me et per illud occidit me. Itaque lex quidem sancta et mandatum sanctum et iustum et bonum. Quod ergo bonum est michi factum est mors? Absit. Sed peccatum ut appareat peccatum per bonum michi operatum est mortem. ut fiat supra modum peccans peccatum per mandatum.

dictum est. Ergo quod bonum est michi factum est mors. id est datum hoc bonum michi a deo. ita ut sit efficiens causa mortis. Absit. Non enim est ex ipsa lege mors. sed ex vitio hominis. quia non lex sed fomes est efficiens causa mortis. qui in bonam rem vertit in malum. Sicut et medicina non est causa mortis. si ostendat venena mortifera. licet his mali homines abutantur ad mortem suam vel aliorum. sic lex que venena peccatorum demonstrat. et homines libertate sua abutentes quasi freno cohibet et imposito gressu incedere docet. non efficiens causa peccati. sed potius vitium hominis vel fomes. et hoc est quod subdit. Sed peccatum. id est fomes peccati. operatum est michi mortem. id est peccatum actuale. quod est causa mortis. operatum inquam est dico per bonum. id est per legem. non quia ipsa sit efficiens causa. sed quia ex ea accepta occasione. sicut predictum est. operatum est dico. ut appareat peccatum. id est efficiens causa peccati. quia recte apparet. quia ratione trahit ad consensum et operationem. Vel ita. peccatum. id est fomes peccati. operatum est michi mortem. id est peccatum et hoc per bonum. id est per legem. non tamen efficientem peccatum. sed potius demonstrantem et prohibentem illud. ita quod per eam appareat peccatum. non dico quod sit per eam. sed appareat quod intus erat. quod non apparebat. sicut supra dixerat. concupiscentiam nescirem nisi lex diceret. non concupisces. non habebam. bonum est ergo lex que sententia sua iustitia. malum esse concupiscentiam quam nesciebam ostendit. ideo ergo imputo legi dei. sed vitio meo peccatum. bona est et lex. sed sine gratia tantum ostendit peccatum. non tollit. Et lex semper bona est. sive obsit inanibus gratia. sive prosit plenis gratia. Contraria et bona que tamen quibusdam vitio suorum fit noxia. sicut sol sanos quidem oculos mulcet. dolentibus auget dolorem. Sic multis ergo lex prodest. habentibus gratiam que est vivificatio sanitas. Inanibus autem obest. non suo sed illorum vitio dico operatum est michi mortem inquam. ut peccatum. id est fomes peccati fiat peccans. id est peccare faciens supra modum. id est plusquam antea non in mediocritate. quia et prevaricatio accessit. fiat peccans dico. et hoc per mandatum. sed quia iterum ardebat fomes. et per quod accrevit prevaricatio. Concupiscentia et carnis que radix est malorum per mandatum magis prevaluit non defecit. Lex et concupiscentiam non extinxit. Ubi enim non est gratia liberatoris. auget peccandi desiderium prohibitio peccatorum. Ideo ergo dixit per mandatum. quia prevaricatio addita est cum peccandi libidine. Et ideo dixit supra modum. quia per legem non defecit. sed magis solitis cupiditatibus crevit. Vel per peccatum hic intelligitur diabolus. qui per bonum dei mandatum est vaticinia contra hominem contraria atque illicita illi suasit. quia ei videbatur a domino prohiberi. in quo apparet peccatum. id est inimicus. et hoc est peccatum. id est diabolus. operatum est michi mortem. incensus per bonum

Ambrosius.
Augustinus.
Augustinus ad Simplicianum.
Augustinus de verbis apostoli.
Augustinus.
Origenes.
Ambrosius.
Ambrosius.
Ieronimus ad Algasiam.
Augustinus.
Augustinus de verbis apostoli.
Augustinus de verbis apostoli.
Ambrosius.
Ambrosius.
Augustinus.
Augustinus lex.
Ambrosius.
Ambrosius.

7

28

Scimus enim quia lex spiritualis est. Ego autem carnalis sum, venundatus sub peccato. Quod enim operor non intelligo. Non enim quod volo hoc ago, sed quod odi malum illud facio. Si autem quod nolo illud facio, consentio legi quoniam bona est. Nunc autem iam non ego operor

id est per legem. ita ut appareat peccatum. unde dicitur immundo[?] homini per legem illicita suasit. ut fieret supra modum peccans peccatum. id est peccare faciens supra modum, id est plus quam ante. Vel supra modum mandatum, quod datum magis inficit, ut hominem graviori poenae subiceret. Per legem enim accepta occasione operari homini mortem. Scimus enim. quasi quia lex non est malum, sed est bonum. quia scimus quod lex spiritualis est, id est spiritum hominis alens, dum spiritualibus instruit. vel spiritualis, id est a spiritu sancto data. Attende quod lex Moysi sic iusta dicitur et spiritualis. Lex vero evangelii dicitur lex fidei. Omnibus enim ... ad malos quos punit. lex Moysi iusta esse dicitur. bonis vero spiritualis est quia peccatum prohibet et invisibilia colit. Lex quoque Moysi spiritualis dicitur quia mentem facit quod dicit fieri, et quia spiritualiter intelligenda est. Lex autem fidei dicitur lex evangelii, quia ubi deus ibi fides est ... Ego autem. hucusque legem excusavit, quod non debet refundi in eam culpa ...

sub dominante iniquitate. et accepto pretio exiguae de arbore vetita voluptatis. Creatus quippe primo homo recte sine culpa sine vitio, sed ipse non rectum se fecit, quia deseruit imperatorem et inivit ad deceptorem. cadensque a manu figuli vas fractum est, quod deus praemisit ut miseria sua probaret quia sine deo nil potest. Secundum hoc ergo et alios videtur voluntaria servitute ut sub peccato, id est servi peccati sunt. Quia enim contra ... est posse noluit, infictum est ei non posse cum velit. per malum velle perdidit bonum posse. et sic captivus dicitur venundatus sub peccato. Sic etiam quisque videtur se consuetudine prave voluntatis. Quod enim operor. probat quod servus est peccati. et loquitur in persona hominis sub lege, qui vere sub peccato sum, id est ut servus peccati sum, quia quod operor. scilicet ex ratione hominem dimittendo bona vel faciendo mala. non intelligo. sed rationem hominem non esse operandi ... aliud videt se per legem scire et aliud agere ... hominum assumit hic apostolus ... id est hominis ... id est carnis vel carnalitatis.

Non enim etc. quia ... quod non intelligo ...

Aug. de lxxxiii questio.

Amb.

Amb.

Aug.

Amb.

Aug. de questioe lxxxiii.

Amb.

Amb.

Amb.

Aug.

est. q. ita liberata est mulier ut non sit adultera si fuerit cum alio viro. Sic soluta lege non prevaricatur qui ad Christum transit dimissis figuris. Econtra vero sed non adultera lege que est Christi. Immo si qui servaverint legem mortuam, adultere esse fidei adultere est utrumque, si non providetur ei Christus. Sequitur. Itaque fratres mei, et cetera. Huc usque similitudo est. Dehinc incipit rem loqui pro qua similitudinem induxit, et infert a simili, quasi quia ita est, vir virum et mulierem, itaque, iuxta hanc similitudinem, fratres mei et vos, ut vos apostoli mortificati estis lege, quia dimissis peccatis, id est nil debetis legi, que data est usque ad Christum, quasi non vos dimisistis legem, sed et ipsa vos. Mortui legi, id est figuralis. Ita vero hic appellatur lex. Mortificati dico per corpus Christi, id est per mysterium incarnationis vel complexionem caritatis. Ad hoc estis mortificati legi, ut vos sitis alterius, id est Christi, cuius non pudeat vos esse, quia ipse est qui ex mortuis resurrexit, cuius utique sumus, ut nos fructificemus deo, qui prius fructificabamus morti sub lege. Nunc non fructificamus diabolo ut olim. Cum enim essemus in carne, id est quando carnis sensus operantes, quasi erat sub lege, passiones peccatorum, id est concupiscentie que sunt causa peccatorum mortalium, id est consensus et operis, sub quibus utique sub iure dominante agebatur anima, antequam veniret gratia per fidem, que passiones per legem erant, vel note vel a iecte nimio faciente, operabantur in membris nostris, id est ducebant membra nostra ad mala opera, ut fructificarent morti, id est ut facerent digna eterna morte. Nunc autem, et cetera. Soluti sumus, remissis peccatis, a lege, que est causa mortis, id est peccati. Adiuncta est vero concupiscentia. Est lex prohibens, ubi non erat fides, et ad cumulum peccatorum prevaricationis etiam adiectum est, quia ubi non est lex nec prevaricatio. Vel lex mortis ideo dicta est, quia peccantes interficit, et reos punit. In qua lege detinebamur, sed utique gratia dei solveremur. Soluti sumus dico ita ut serviamus in novitate spiritus et non in vetustate littere, id est serviamus operibus novi hominis Christi, quem non veteris mentibus vel lege attingimus, sed gratia sancti spiritus, in quibus est sic innovandum ut nil addatur de legis operibus, que vetusta sunt. Vel serviamus in novitate, scilicet id est lege fidei, que in animo innovatur, que interiorem hominem facit spiritualem. Et ideo dicitur recte lex spiritus. Et non in vetustate littere, id est non secundum litteram legis, que fecit, ut quod cessavit. Attende quod in precedenti sumi

viro. Si fuerit cum alio viro. Itaque fratres mei, et vos mortificati estis legi per corpus Christi, ut sitis vos alterius qui ex mortuis resurrexit, ut fructificetis deo. Cum enim essemus in carne passiones peccatorum que per legem erant operabantur in membris nostris, ut fructificarent morti. Nunc autem soluti sumus a lege mortis in qua detinebamur, ita ut serviamus in novitate spiritus et non in vetustate littere. Quid ergo dicemus? Lex peccatum est? Absit. Sed peccatum non cognovi nisi per legem. Nam concupiscentiam nesciebam nisi lex diceret: Non concupisces.

similitudine tria sunt, scilicet vir, mulier, lex viri, et cursum in hac re, quoniam quasi similitudo inducta fuit. Sed aliter: tria scilicet anima, peccatum, lex. Hoc solum hic diversum est, quia in illa vir moritur ut a lege viri soluta mulier nubat cui vult; hic non peccatum, sed ipsa anima moritur peccato. Predictis namque passionibus ipsa anima moritur, que iam servit mente legi dei, quamvis ipse passiones nondum mortue sint, quia dum carne servit legi peccati. Restat ergo adhuc aliquid ei quia sub gratia, quasi cum tamen non vincat, non captivum ducat. Sequitur. Quid ergo, et cetera. Hic querit utrum ipsa lex sit mala, quia videbatur culpasse legem dicendo passiones peccatorum esse per legem et iterum vocando legem mortis et vetustatem littere. Que verba male intellecta fomitem insanie furoris Manicheorum subministrarunt. Nam Manichei vero legem Moysi dicunt non a deo datam, et eam evangelio contrariam esse contendunt. Et quando cum eis agitur, predictis testimoniis apostoli que non intelligunt conantur convincere catholicos. Quod ergo senserit apostolus posse intelligi opponit, ut et hoc se intellexisse negaret et legem legislatori laude defendat. Et quo sensu predicta dixerit verba aperiat, quasi dicat quamvis lex mortis est et auxit vires peccati detinens a bona operatione. Ergo quid dicemus? Dicemus quia lex peccatum est, id est docens vel faciens peccare. Vel talis per quam donata peccantur auctor eius quasi male rei. Absit. Non enim lex mala est, sed potius bona. Quia peccatum non cognovi nisi per legem, id est peccata fecit cognoscere, que prius nesciebam, quedam vel esse peccata vel a deo esse gravia vel esse punienda. Non ergo a deo prius cognovi peccatum ut per legem, per quam innotuit vel esse peccatum quod ignorabam vel esse grave vel esse puniendum. Per hoc ostendit legem non esse peccatum, sed indicem peccati. Quaeritur [illegible] legem ad hoc datam esse, non ut peccatum inferret vel extirparet, sed tantum ut demonstraret, quasi animam faceret ream, ut quia peccatum sine gratia dei vinci non posset, ipsa reatus sollicitudine ad percipiendam gratiam converteretur. Nam concupiscentiam, quasi peccatum non cognovi nisi per legem, sicut in hoc patet: nam concupiscentiam nesciebam vel peccatum esse vel tantum, nisi lex diceret: Non concupisces. Ad probandum per legem cognosci peccatum

Aug.

Aug.

Aug. Jeron.

Amb.

Aug.

Amb.

Aug. ad Simplicianum

Aug.

Amb.

Aug. de libero arbitrio

Occasione autem accepta peccatum per mandatum operatum est in me omnem concupiscentiam. Sine lege enim peccatum mortuum erat. Ego autem vivebam sine lege aliquando. Sed cum venisset mandatum peccatum revixit. Ego autem mortuus sum et inventum est mihi mandatum quod erat ad vitam hoc esse ad mortem.

hoc elegit apostolus quod est generale peccatum, scilicet concupiscentia, unde omnia mala venerunt. Bona ergo lex, quae dum haec prohibet, omnia mortalia prohibet. Non est lex peccatum, sed insinuatrix peccati; per eam factus est homo doctior, sed peccati est nocentior, dum sine gratia est. Cum et inde notat quod ait: nesciebam. Non ipse hic dicit, sed in persona sua generaliter agit causam. Sed quaeritur quae sit ista potentia concupiscentia. Dicitur quidam esse illam quam prohibet in decalogo, et dicit: Non concupisces rem proximi tui vel uxorem proximi. Aliud ergo generaliter generalibus concupiscentiam quibuslibet prohibitionibus. Sequitur: Occasione autem et cetera. Lex ostensum est quod lex bona est, quae peccatum prohibet; et ostendit sed tamen ex ea malum accessit, quia peccatum, id est fomes peccati, scilicet nutrimentum concupiscentiae, quae et carnalitas appellatur. Vel peccatum, id est diabolus, qui est auctor peccati, operatum est in me omnem concupiscentiam, id est consensus delectationis et operis. Aucta est enim concupiscentia ex prohibitione legis, quamdiu adhuc deerat gratia liberantis. Vel omnem concupiscentiam, id est omne peccatum. Omnem enim dicens concupiscentiam cuncta peccata significat. Erat enim ante peccatum, sed non omne, quia nondum erat praevaricationis; adhuc deerat, sed modo omne peccatum accessit, quia et praevaricatio operatum est dico. Occasione autem accepta per mandatum, id est per legem fomes occasionem accepit per mandatum, quia talis est nostra carnalitas ut ardentius desideret prohibita, quibus non vetitis minoratis iaceret quasi sopita. Vel diabolus in ex mandato accepit occasionem, quia videns legem in auxilium hominibus datam, magis exarsit iracundia adversus hominem, et magis instituit ut legem transgredientem illi imputaret, et per quem secure possidens universum temptaret. Vel peccatum, id est diabolus vel fomes, est operatum in me omnem concupiscentiam, quae non vitatur sensus horum [illegible], et hoc per mandatum operatum dico, occasione accepta in quibus rebus, ut ipsa mulier vel aurum et huiusmodi. Ante denique dici peccatum operatum omnem concupiscentiam per mandatum, vel occasionem accepisse per mandatum: omnino enim erat concupiscentia ante legem, quando secure peccabat homo; [illegible] et post concupiscentiam, id est quo trahebat, currebat, eiusque illecebris blandas et carnali suavitate iocundas magnam felicitatem putabat. Superveniente lege, quasi opposito obice, videt homo malum suum; voluit frenare concupiscentiam, et ut per eam frenaret se conatus est homo, de se praesumens, concupiscentiae fluvium siccare, sed non valuit. Frenatus est quodcumque concupiscentiae fluvius oppositis obicibus legis, sed non siccatus, immo etiam quia de se non de gratia homo praesumpsit, aucta est enim concupiscentia opposita lege et quae prius

cum ducebat obice nullo, obruit cum obice rupto per legem. Et doctior ea praevaricatio peccati est nocentior, et factus est legis praevaricator. Quod fuit autem nescire peccatum, non bene dicit omnem concupiscentiam. Omnis enim est quando transcendit legem. Sequitur: Sine lege, bene dixi per mandatum; sine lege enim, id est cum non erat lex, peccatum, id est diabolus vel fomes peccati, mortuum erat, id est debile, quia non ita saeviebat ad illusionem hominis ante legem. Patet quod non ex sua persona, sed ex persona hominis generaliter loquitur apostolus, et notat hic primum actum hominis ante legem; hic loquitur in persona hominis ante legem. Sequitur: Ego autem, quasi ante legem peccatum erat mortuum, ego autem vivebam homo aliquando, id est tempore ante legem vivebam, ad comparationem huius mortis. Et enim sine lege hic notat duos homines in eodem, scilicet interiorem et exteriorem, id est rationem et fomitem qui est in carne. Interiorem dicit assentire legi, et eius testimonio bonam esse legem approbat. Exteriorem non dicit, sed interiorem, et contra legem repugnare et captivare, et per legem maiorem potestatem peccandi habere. Sequitur: Sed cum venisset. Hic notat secundum actum sub lege, quasi hic loquitur apostolus in statu hominis positi sub lege, quasi sine lege vivebam. Sed cum venisset mandatum legis, peccatum prius sopitum, id est exterior homo, scilicet fomes peccati, revixit, id est coepit apparere et rebellare. Ego autem interior homo mortuus sum, aucto peccato et addita praevaricatione. Vel ita ab illo loco: sine lege, agit de peccato concupiscentiae et de aliis quae per legem nota fuerunt, et respicit ad illud quod dixerat: scilicet peccatum non cognovi nisi per legem, quasi et vere nisi per legem, quia sine lege peccatum mortuum erat, id est ignotum latebat, non apparebat, omnino tamquam sepultum ignorabatur. Ego autem vivebam sine lege aliquando, id est videbar mihi vivere, quia non terrebat mortem ex peccato, quia non apparebat, quasi dicat: nesciebam peccatum esse, et ideo secure vivebam, quasi Deus non esset iudicaturus actus humanos. Sed cum venisset mandatum, peccatum revixit, id est apparuit et innotuit mihi. Nec enim ante vixit, sed revixit, quia vixerat aliquando in paradiso, quando quod praeceptum datum satis apparebat admissum. Sed cum homines nati peccatores sine mandato viverent, tamquam mortuum latebat; sequebantur concupiscentias carnis sine cognitione, quia sine cohibitione. Sed data lege peccatum in notitiam natis hominibus revixit, quia in notitiam primo factis hominibus aliquando iam vixerat. Ego autem mortuus sum, id est novi me mortuum, quia videt se reum esse apud Deum ex his quae peccabat. Ante erat enim sibi ignotus peccator, sed modo factus est sibi manifestus praevaricator. Et ita inventum est aliter ubi bene attendenti mandatum legis, quod erat ad vitam obedienti vel observanti, vel erat ad vitam intentione dantis, quia bonum erat, hoc idem non aliud esse ad mortem aeternam michi non observanti et peccanti. Ad mortem autem non est ex

Amb.
Aug.
Amb.
Aug. de lib. apli.
Ab. ad bonifat.
Aug.
Amb. Aug. de lib. apli.
Amb.

Aug. ad Anastasium

Idem

Interlinearis.

Ambr.

Aug. in eodem.

Interlinearis

Aug. in eodem.

[illegible]

iniustitie membra
vestra servire in
mundicie et iniqui
tati ad iniquitatem
ita nunc exhibete
membra vestra servi
re iustitie in sanctifica
tionem. Cum enim ser
vi essetis peccati li
beri fuistis iustitie.
Quem ergo fruc
tum habuistis tunc in illis in qui
bus nunc erubesci
tis? Nam finis il
lorum mors est.
Nunc autem liberati a
peccato servi autem
facti deo habetis
fructum vestrum in
sanctificationem finem vero
vitam eternam. Sti
pendia enim peccati
mors. Gratia autem dei vita
eterna in Christo Iesu domino nostro.

[illegible]

[illegible — abbreviated gloss, left column]

An ignoratis fratres? Scientibus enim legem loquor quia lex in homine dominatur quanto tempore vivit. Nam que sub viro est mulier vivente viro alligata est legi. Si autem mortuus fuerit vir eius soluta est a lege viri. Igitur vivente viro vocabitur adultera si fuerit cum alio viro. Si autem mortuus fuerit vir eius liberata est a lege viri ut non sit ad

[illegible — abbreviated gloss, right column]

Aug. in lib. xxx. iii. contra Faustum
Ambr.
Ambr.
Aug.
Ambr.
Ambr.

Aug.

Aug. contra hereticos.

Aug. in enchiridion.

Intende.

Aug. in libro ypognosticon.

Intende.

Aug. in tractatu [illegible] librorum.

Aug. de questionibus lxxxiii.

Amb.

moritur. quia christus mortuus est semel. semel ideo, quia mortuus pro peccato tollendo, quia una morte sufficienter, quam adhuc sufficit. Vel mortuus est peccato, id est similitudini peccati, id est carni, in qua non erat peccatum sed similitudo peccati, cui mortuus est, quoniam moriendo exutus est carne mortali similitudine peccati. Et in quo sacramentum baptismatis, quod in nobis celebratur, commendat apostolus. Ut quomodo ille semel moriendo similitudini peccati mortuus predicatur, ita quicumque in illo fuerint baptizati eodem vel eius fuerint similitudine illa moriantur, id est peccato, in lavacro renascendo. Sicut ipse a sepulchro resurgendo, quamlibet etatem (vel etatis) gerentes. A parvulo enim recens nato usque ad decrepitum senem, sicut nullus prohibendus est a baptismo, ita nullus est qui peccato non moriatur in baptismo. Sed parvuli tantum originali, maiores non et actualibus que originali addiderunt. Nota quod apostolus hic dicendo voluit intelligere mortem deum non fecisse, quam utique deus non fecit, sed homo manibus et verbis accersivit. Attende quod hic et alibi Augustinus dicit deum mortem non fecisse, id tamen alibi ita dicit: Videndum ne male intelligatur quod dixi: deus mali auctor non est, quia omnium que sunt auctor est, quoniam in quantum sunt in tantum bona sunt. Et ne inputetur non ab illo esse pena malorum, que utique malum est his qui puniuntur. Sed hoc ita dixi quemadmodum dictum est: deus mortem non fecit, cum alibi scriptum sit: mors et vita a domino deo est. Malorum ergo pena que a deo est malum est quidem malis, sed in bonis dei operibus est, quoniam iustum est ut mali puniantur, et utique bonum est omne quod iustum est. Sic ergo dicitur deus non fecisse mortem, quia non fecit illud propter quod mors insinuatur, id est peccatum. Homo enim deo auctore fit homo deterior, sed vitium voluntatis est quo homo est deterior, quod vitium longe est a dei voluntate. Deo autem auctore est dicitur, deo volente dicitur. Sequitur: Quod autem vivit, id est quia mors non dominabitur christo, sed potius vivit, et quod vivit non qualitercumque vivit, sed vivit deo, id est ad similitudinem dei patris. Quia sicut patris vita, ita et vita christi nullam inquietudinem recipit. Sequitur: Ita et vos. Quod supra dixit esse omnibus per gratiam christi hic romanis attribuit, quasi dicat: si christus semel mortuus est et postea semper vivit, Ita et vos, o romani, existimate vos, quod mortuos esse peccato, viventes autem virtutibus deo, id est in honorem dei. Et est sensus: Sicut christus mortuus est semel, ita peccatum in vobis semel moriatur, ut non oporteat iterari. Et sicut christus semper vivit, ita et vos semper vivatis virtutibus. Et hoc in christo ihesu domino nostro, id est in

Ita et vos existimate vos mortuos quidem esse peccato, viventes autem deo in christo ihesu domino nostro.

Non ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore ut obediatis concupiscentiis eius;

Sed neque exhibeatis membra vestra arma iniquitatis peccato. sed exhibete vos deo tanquam ex mortuis viventes et membra vestra arma iusticie deo.

operante christo, alibi nulla spes est. Sequitur: Non ergo regnet. Quia supra dixit nos mortuos peccato esse, et non debere vivere in eo, et nemo sibi peccato sit, determinat a quibus maxime cavendum sit, scilicet non obediamus concupiscentiis, quasi concludat illud quod supra querebatur, scilicet permanebimus in peccato, quasi dicat: Quia ita mortui estis peccato, ergo peccatum, id est fomes peccati, et si sit, non tamen regnet peccatum eius in corpore vestro, scilicet quasi dicat vivitis per gratiam, corpore dico, quod est mortali propter peccatum, sed fiet immortale in futuro. Si non regnet tamen peccatum. Vel non regnet peccatum in corpore vestro mortali, id est in eternum, id est pro hoc mortuo est in eternum quia regnaverit peccatum. Lex carnis est, quam hic apostolus appellat peccatum cui ait: peccatum non regnet, que lex peccati non sic manet in membris eorum qui ex aqua et spiritu renati sunt tamquam non sit eius facta remissio, ubi omnino plena fit remissio peccatorum, ut inimicitiis omnibus quibus separati a deo sumus remaneat in infirmitate carnis tamquam superatum et peremptum, nisi illicito consensu quodammodo reviviscat et in regnum proprium dominationemque revocetur. Non regnet dico ita ut obediatis consentiendo et operando concupiscentiis eius, et si cupiatis ex infirmitate. Si enim consentiretis regnaret peccatum, et non solum non obediatis. Sed neque exhibeatis membra vestra peccato, id est concupiscentie, que tamen sunt arma iniquitatis, scilicet quibus impleatur iniquitas. Et est sensus: Non solum non obediatis concupiscentie, sed nec etiam concupiscatis, quod est exhibere et habilia facere membra peccato, que tamen arma sunt iniquitatis. Hic autem nota quod concupiscentia aliquando est nomen fomitis, scilicet [illegible], aliquando actus nascens, quod est in primo motu, qui dicitur propassio, et in secundo qui dicitur delectatio, et in tercio qui dicitur consensus. Hic autem non prohibet concupiscentiam que est in primo motu, quia non est in potestate nostra quin surgat, sed gratia dei compescere possumus ne usque ad delectationem et consensum perveniat, quod prohibet, scilicet ut tunc ne delecteris vel consentias concupiscentie carnis, que ex languore veniens rebellat adversus te. Languor autem iste tirannus est qui monet mala desideria. Est ergo in nobis mala concupiscentia, que non est permittenda regnare. Sunt et eius desideria que sunt actuales concupiscentie, que sunt diaboli arma. Per ea enim occasio datur illi, ut deserente nos deo accepta potestate illudat et interficiat. Si [illegible] esse [illegible] tirannum, et inimice inermem invenerit, et sic tibi subicere non

Aug.

Amb.

Amb.

Amb.

Peccatum enim

obediatis concupiscentiis male operando. nec etiam concupiscatis delectando vel consentiendo. Sed potius exhibete, id est habiles facite vos deo. vos dico tamquam ex mortuis viventes. quasi exhibere vos deo debetis, et potestis quia estis viventes virtutibus, et debetis quia prius mortui eratis in peccatis. Si implere non potestis opere quod bonum est, exhibete, id est saltem velitis, per quod habiles eritis et parati. Et hoc est quod dicit cum subdit: et membra vestra exhibete deo ut sint arma iustitie, quibus scilicet impleatur iustitia. Sicut enim peccato arma prebentur membra vestra cum male agimus, ut sibi gratia si surgentium ire damus, vel linguam ad maledicendum vel manum ad percutiendum, ita iustitie arma damus cum recte gubernamus membra vestra custodientes ab omni turpitudine. Sequitur. Peccatum enim. quasi quasi dixi facite, quia leviter potestis. Peccatum enim vobis iam non dominabitur ut olim solebat. Non enim estis sub lege que non iuvabat, sed estis sub gratia, que refrigerat et iuvat. Ut enim legis quisque sit factor sibi, quia gratia sub lege positis tantum erat legis auditor. Sequitur. Quid ergo? quasi non sumus sub lege que terret sed sub gratia que bonum promittit. Quid ergo faciemus? An scilicet Peccabimus hac fiducia quoniam non sumus sub lege sed sub gratia. Hoc quidam dicebant, quia legem quasi coherentem predicabat et tenendam, quasi apostolus removens ait. Absit. Et ita dixi vos sub gratia esse non sub lege, et quoniam lex a deo est, ne propter hoc ei forte opponeretur, ipse sibi opponit quasi quia lex a deo est. Quid ergo dicemus? dicemus hoc, scilicet quia peccabimus quoniam non sumus sub lege sed sub gratia, id est quia legem dimisimus propter gratiam. Absit. Sequitur. An nescitis. ne aliud profitentes aliud faciatis, et cum dei servi dici vultis, et gestis servi diaboli invenimini, premonet et denuntiat vos esse servos eius cui voluntatem explemus operibus. quasi non debetis peccare sed bonum operari, quoniam cui exhibetis, id est affectatis vos servos, ut prius vos ad obediendum consentiendo et operando servi eius estis, id est cogimini quadam necessitate quam importat consuetudo ad voluntatem eius cui obeditis, id est propter quod ei obedistis, si non ante est primum exhibetis vos. Vel an nescitis hoc servi estis eius dico scilicet sive peccati ducentis

Peccatum enim vobis non dominabitur. Non enim sub lege estis sed sub gratia. Quid ergo? Peccabimus quoniam non sub lege sumus sed sub gratia? Absit. An nescitis quoniam cui exhibetis vos servos ad obediendum, servi estis eius cui obeditis, sive peccati ad mortem sive obeditionis ad iustitiam. Gratias autem deo quod fuistis servi peccati, obedistis autem ex corde in eam formam doctrine in qua traditi estis. Liberati autem a peccato servi facti estis iustitie. Humanum dico propter infirmitatem carnis vestre. Sicut enim exhi-

ad mortem, id est ad peccatum mortale vel ad eternam penam, sive obeditionis, id est iustitie ducentis ad iustitiam maiorem vel ad eternam vitam. Sequitur. Gratias autem etc. quasi cui estis cui vos datis. ego autem gratias ago deo, de eo quod cum prius essetis servi peccati modo non estis. Et hoc est quod ait. sic lege littera. quod ita est ut dixi. Et hoc in vobis apparet, quia fuistis aliquando servi peccati, nunc autem obedistis et per hoc facti estis servi iustitie, id est Christo. obedistis dico non simulantes sed ex corde, id est animi intentione, quasi pro natura non per legem, ex voluntate non ex timore obedistis fidei. de hoc autem gratias ago deo, scilicet quod cum prius essetis tales modo non estis. vos dico tendentes in eam formam doctrine, id est in doctrinam, que est forma vestra. doctrina evangelii est forma, que imaginem dei deformatam restituit. in eam formam dico quia formam non per vos sed gratia dei traditi estis. Et per hoc Liberati estis penitus a peccato, id est a fomite, ne regnet. servi autem facti estis iustitie consentiendo et operando. Sequitur. Humanum dico etc. hactenus ostendit apostolus non esse peccandum. hic dicit quid deinceps sit agendum, scilicet ut serviatur iustitie. de quo nullus est qui possit se excusare, quia nullus est qui non possit bonum operari saltem voluntate, quod totum est per gratiam. Et ne religio christiana quasi importabilis et aspera videretur, et non fugeretur, humanum quoddam, id est leve precipit, scilicet ut in sua servitute deo quam profitemini famulabamini peccato, cum utique propensius deberet serviri deo quam peccato, quippe cum hic salus, illic damnatio sit. quasi et quia liberi estis a peccato, ideo dico, id est precipio vobis quiddam humanum, id est leve et sine onere, quasi quiddam parvum est adulte, sed non consummate iustitie. Et hoc dico propter infirmitatem carnis vestre, id est que est ex carne vestra. propter quod humanum dico quia maiora deberem dicere si possetis ferre, quia plus servitutis debetis iustitie quam peccato, sed parvo infirmitati vestre non exigens bonum plus a vobis quam fecistis mali. Sequitur. Sicut enim etc. hic ostendit illud humanum precipiendo et imponens istud domini dicitur, ut hoc saltem dependatis iustitie quod prius immunditie detulistis. Quid ergo tam humanum, id est tam leve tamque sine onere, quod prorsus nulla possit carnis infirmitas excusare. quasi diceret humanum dico quia hoc humanum. Sicut enim exhibuistis, id est voluntate duce prestitistis membra vestra, que vestri iuris essent si velletis, servire operando immunditie carnis, id est luxurie que corpus inquinat, et iniqui-

Amb.

Amb.

Orig.

Orig. Aug.

Aug.

Aug. tanquam diceretur: propter habundantiam gratie
prodesse peccatum. hoc dicere ingratos esse gratie. et hoc est quod
opponendo sibi ait. Quid ergo dicemus? quasi et quia gratia
viget ubi delictum habundavit. quid ergo dicemus? Dicemus
mus scilicet quia manebimus in peccato ut gratia habun
a det ut quidam nobis imposuerunt. Absit. ut nos hoc
dicamus. Non est enim permanendum in peccato. ut quidam
nos dicere existimant, pro maiori gratia. Non enim peccan
tes timendo. sed subvenientis auxilio superhabun
Aug. de spiritu et littera. davit gratia ubi habundavit delictum. Non ergo per
manendum est in peccato ut regnet gratia. sed potius per
ipsam gratiam debemus et possumus esse peccato quasi mor
tui et sepulti et resurgere in iustitiam. et per vitam e
ternam. quod consequenter ostendit apostolus et per quod mortui su
q mus peccato subdens. Qui enim vel si enim quasi vere
non est permanendum in peccato. enim id est quia mortui sumus
peccato in baptismo id est liberati sumus a peccato. ut iam dici
Amb. tur non nobis per gratiam dei. contrarium enim peccato est liberari a
peccato. et sic hoc est quomodo etc. Vel si est ibi. qui in lege
et qui sub gratia huiusmodi. quomodo id est quare. tunc. adhuc. post tam
Aug. de spiritu et littera. beneficium vivemus in illo. et modo enim vires hostis
eius hoc prestitit gratia. ut moreremur peccato. quid aliud fa
cimus si vivimus in eo. nisi ut gratie simus ingrati. Non enim
qui laudat beneficium medicine prodesse morbos dicit.
et vulnera a quibus illa hominem sanat. sed quanto laudibus
maioribus medicina predicatur. tanto magis vituper
antur et horrentur vulnera et morbi a quibus liberat que ita
laudatur. sic laus et gratie et predicatio vituperatio est delic
a torum. Sequitur: An ignoratis etc. hic confirmat quod di
Ambr. xerat. scilicet quod mortui peccato quod sit in baptismo. non debe
mus ei iterum vivere. ut iterum mori sit ei necesse. quia est bap
tizatum commortuum Christo. et hoc est quod ait. An ignoratis etc.
et quasi quis diceret. An mortui sumus peccato? respondet
utique sumus. quia nos quicumque id est cuiuscumque condicionis
baptizati sumus id est a vitiis purificati in Christo
Ihesu id est in constitutione Christi. que est in nomine trinitatis vel in co
paratione ipsius qui baptizat. etc. baptizati sumus in
morte ipsius id est in similitudine mortis Christi. ut sicut
Christus semel mortuus est carne et semper vivit. i
ta nos semel mortui malo per baptismum. semper vi
Amb. vamus bono. Vel in morte ipsius. dicit nos baptiza
ri. quia mors eius causa est huius purificationis. et an ignoratis.
vos o fratres. qui non debetis ignorare. Nota quod se
c pe illos arguit de ignorantia. Sequitur Con
sepulti enim quasi vere in baptismate sumus simi
Aug. les morti Christi. quia et consepulti sumus fide in baptismo
cum illo id est ad similitudinem eius. nos dico du

Absit. Qui
enim mortui
sumus peccato
quomodo adhuc
vivemus in illo.
An ignoratis
fratres quia quicumque
baptizati su
mus in Christo Ihesu in
morte ipsius bap
tizati sumus.
Consepulti e
nim sumus cum illo per
baptismum in mortem
ut quomodo Christus
surrexit a mor
tuis per gloriam patris
ita et nos in nov
itate vite ambule
mus. Si enim compla
tati facti sumus
similitudini mor
tis eius simul et re
surrectionis erimus.

cti per baptismum in mortem id est in peccatorum aboliti
onem. Adhuc sumus commortui et consepulti. ut quomodo Aug.
Christus resurrexit longe a mortuis remotus. et hoc per
gloriam patris id est per virtutem patris hominem vivificavit. vel per
gloriam dei. ita et nos similiter nos a vitiis surgen
tes ad bona opera. ambulemus de bono in me
lius. positi in novitate vite per iustitiam fidei et spe
gloriae. Sequitur. Si enim. quasi dico ambulemus in no
vitate vite. quod possumus. si enim nos explanta
ti ad similitudinem arboris de mala terra facti
sumus a deo complantati id est firmiter herentes si
militudini mortis eius id est si antiquo ritu remo
ti firmiter heremus bono. deo faciente. et simi
les sumus morti Christi. simul id est mox et erimus facti
complantati similitudini resurrectionis Christi id est firmiter
herebimus similitudini resurrectionis Christi. ut sicut
Christus deposita vetustate a morte novus resur
rexit. ita et nos in novitate vite ambulemus.
Et hic dicit nos posse fieri similes resurrectioni si similitudi Aug. de
ni mortis eius facti fuerimus complantati id est si in baptismo psalmo
omnia vitia deponentes post modum non peccemus. hoc [illegible]
enim similitudo mortis prestabit similitudinem resur
rectionis. ut in novitate vite ambulemus. Nota quod
mors qua peccato mortui in baptismo dicimur. et vita qua
vivimus in iustitia. [illegible] sumus in
morte et resurrectione Christi demonstrata fuit. Commortuus enim
Christus et resurrexit non tantum res sed et sacramenta fuit.
quod enim gestum est in cruce Christi. in sepultura. in resur
rectione. in ascensione. in sede ad dexteram pa b.
tris. ita gestum est. ut his rebus mistice non tantum di
ctis sed et gestis configuretur vita christiana. Attende
ergo singula que facta sunt in his predictis. et qualiter
ex eis christiana vita configuretur Christi. qui in christiana vetustate
id est in vetustate a primo homine contracta. non sed in cul
pa sed penam. famem. scilicet et sitim. et similia. Simul in ipsam
vetustatem finivit et deposuit. ut dolorem
crucis sustinens. sic habet membra distenta in
cruce. et fixa. ne ad priores actus moveret. a quibus
et sepultus quievit humanis subtractus aspectibus de cas.
post hec exigens a nobis ut nostram vetustatem peni
tentie gemitu et dolore penitentie deponamus
et membra nostra continentie atque iustitie clavis
confixa habeamus. ne ad priora mala redeamus Aug.
quibus et ita perfecte quiescamus. ut nec eorum visio in
memoria habeatur. et sic ad bona resurgentes Aug.
in novitate vite ambulemus. de virtute in
virtutem ascendentes. quousque in dextram dei

peccati domini de eorum sicut est videamus. In cruce enim dolor est confessorum. in sepultura requies absolutorum. in resurrectione vita iustorum. in ascensione profectus perfectorum. in sessu ad dexteram gloria beatorum. hoc autem non solum a nobis exigit Christus in sacramento passionis. sed et istis nostrum mutari efficit. Unde subdit. Hoc scientes quia vetus homo etc. Dixit nos per baptismum mortuos esse peccato. ideo non debere amplius vivere in illo sed in novitate vite ambulare. quod ad hoc fiat ostendit. scilicet quia vetus homo crucifixus est etc. Et quia hoc ambulemus in novitate vite. nos dico scientes hoc scilicet quia vetus homo id est fomes et consuetudo peccati nostri. id est qui ex nobis est non ex deo. simul cum Christo crucifixus est. id est crucifixione Christi. ita debilitatus est ut destruatur etc. Vel vetus homo noster simul est Christo crucifixus est. id est vetera actus nostri morte Christi crucifixi. id est mortui sunt. ita ut destruatur dominatione carnis corpus peccati. id est omnia crimina que simul sunt quasi corpus et congeries peccati. Gratia autem dei que in similitudine carnis peccati in cruce pependit. per baptismum id agitur. ut vetus homo crucifigatur et corpus peccati destruatur. non ita ut in ipsa vivente carne concupiscentia respersa et innata repente consumatur et non sit. sed ne obsit mortuo. que inerat nato. Nam si post baptismum vixerit in carne hic concupiscentiam cum qua pugnet. eamque adiuvante deo superet. si tamen non in vacuum gratiam eius susceperit. si reprobus esse noluerit. Non namque hoc prestatur in baptismo. nisi forte miraculo ineffabili creatoris. ut lex peccati que est in membris. penitus extinguatur. et non sit. sed ut quicquid mali ab homine factum. dictum. cogitatum est. cum eidem concupiscentie subiecta mente serviret. totum aboleatur. ac velut factum non fuerit habeatur. Ipsa vero concupiscentia soluto reatus vinculo. quo per illam diabolus animam retinebat. et a suo creatore separabat. maneat in certamine. quo corpus nostrum castigamus et servituti subiicimus. Vetustas itaque nostra pene et culpe que est ex maledicto primi hominis. in cruce Christi destructa est quam nostram mortalitatem suscepit. et peccatum nostrum portavit in corpore suo super lignum. et eius peccati et mortis figuram. et Moyses in heremo super lignum exaltavit serpentem. per similitudinem que ipse serpens homo in dampnationem mortis occidit. Itaque serpens ad figurationem ipsius mortis convenienter in ligno exaltatus est. In illa enim figura serpentis

Scientes quia vetus homo noster simul crucifixus est ut destruatur corpus peccati ut ultra non serviamus peccato. Qui enim mortuus est peccato iustificatus est a peccato. Si enim mortui sumus cum Christo credimus quia simul vivemus cum eo. Scientes quod Christus resurgens a mortuis iam non moritur mors illi ultra non dominabitur. Quod enim mortuus est peccato mortuus est semel. quod autem vivit vivit deo.

pendebat in ligno. Quod autem pependit in ligno crucis non mors domini. ut mortem moriendo superaret. et maledictum gemine vetustatis nostre fecit maledictum pro nobis committeret. Qualiter autem vetustas nostra in cruce consumpta sit videamus. Vetustas nostra. sicut et maledicto in duobus consistit. scilicet in culpa et in pena. Christus autem assumpsit Christus id est penam. Unde ibi factus maledictum et utrumque in nobis consumpsit. quia nostram duplam vetustatem. sua simpla consumpsit. Unde et uno die et duabus noctibus in sepulchro iacuit. per unum diem simpla eius vetustas signatur. per duas noctes gemina nostra vetustas. Iacuit ergo in sepulchro una die et duabus noctibus. quia sua simpla vetustate nostram geminam tulit. et qualiter videamus culpam delevit Christus. et presentem et preteritam et futuram. Preterita peccata tulit ea remittendo. presentia homines ab eis retrahendo. et ne remittendo. futura vero non ea remittendo tulit. sed gratiam qua vitarentur conferendo. ergo futura tulit. quia non ut fierent fecit. Penam quoque sic consumpsit. Est autem pena duplex. gehennalis et temporalis. Gehennalem penitus delevit. ut eam non sentiant vere penitentes. Temporalem vero nondum penitus tulit. Manet enim fames. sitis. mors et huiusmodi. sed regnum et dominium eius deiecit. et in die novissimo eandem penitus exterminabit. Sic aliquis capiens hostem atrocissimum non statim interficit eum. sed patitur eum esse decorte et dolore aliquamdiu vivere. ita et Christus penam per quam alligavit in stricto autem premet. Victa est ergo mors cum triumpho et ea diabolus. sed nondum penitus interempta. Unde est quod Petrus ante passionem ad vocem ancille negavit. post passionem vero autem reges et presides dicens non cessit. Ideoque congrue ait apostolus. Vetus homo noster crucifixus est. id est debilitatus ita ut destruatur corpus peccati. carne subdita spiritui. ita ut ultra non serviamus peccato. Non dico ut non sit. sed ut non cogamur servire. et vere non cogemur. quia iustificati sumus et vere. Qui enim mortuus est peccato. id est qui liberatus est a peccato. ut nos sumus. iustificatus est a peccato. id est iustus est a peccato et liber. Si autem mortui sumus cum Christo. id est si ita mortui sumus peccato. sicut Christus semel mortuus est pene. credimus et quod simul vivemus cum Christo. id est non alibi sed ibi cum eo erimus. dicit. Si commortui sumus Christo. id est similes morti eius. sicut supra dictum est. pro predicta hoc habebimus. quia vivemus cum eo in eterna vita. vivemus dico et illi vita qua ille ipse.

Scientes quod Christus resurgens etc. Longe ex mortuis resurrectione. id est per hoc non moritur. a dissolutione anime a corpore. mors illi ultra non dominabitur. aliqua passione. scilicet. Quod enim mortuus est etc. Quod

De vetustate

qualis vita

celo in quo oportet salvari nos. ex illo christi via
let. ad salvandum genus humanum. ex quo in adam vi
ciatum est. Iste unus unum peccatum misit in mundum. Iste u
nus non solum illud unum sed cuncta abstulit que addita
inveniuntur. Ecce ostensum est quomodo christus gratia ade delictum
superat. quia non solum originale ab adam propagatum sed
et actualia super addita solvit. iustitiam ac vitam
prestat. que gratia antequam operetur in homine impius est. atque insi
delis. sed fide eius impius iustificatur. Sic ergo per fidem in virum
adultus iustificatur. ita et per fidei sacramentum parvulus

Aug.

Aug. contra Iulianum hereticum.

id est de impio fit pius. de infideli fidelis. Sed querunt iu
liani per quod peccatum in parvulo invenitur. ita inqui
ens. non peccat iste qui nascitur. non peccat ille qui
genuit. non peccat ille qui condidit. Per quas ergo rimas
inter tot presidia innocentie peccatum fingis ingressum.

Responsio

Et respondet sacra pagina. per unum hominem ait apostolus peccatum
in mundum intravit. per unius inobedientiam ait apostolus. Quid
queritis amplius. quid queritis apertius. quid queritis inculcatius. quod quo
niam latentes rimas etiam habeat apertissimam ianuam. Hec inquit

Hec questio

Si per hominem peccatum intravit in mundum. peccatum ex volun
tate vel ex natura est. Si autem ex voluntate est mala est vo

Responsio.

luntas que peccatum facit. Si autem ex natura. mala est natura.
Cui respondeo. ex voluntate peccatum est. Querit inter
forte originale peccatum. ex voluntate sit. respondeo
omnino etiam originale peccatum ex voluntate esse. quia hoc
ex voluntate primi hominis seminatum est. ut et in illo
esset. et in omnes transiret. Quod autem dixit. si ex natura peccatum est

De originali malo.

ergo mala est natura. consulo ut si potest respondeat. quomodo mani
festum est ex voluntate mala tamquam ex arbore mala
fieri omnia mala opera. tamquam fructus malos. sed ipsam
malam voluntatem unde dicet exortam nisi ex bono. sicut
et ex angelo. quid autem angelus nisi bonum opus dei. Sic ex homine
quod erat ipse homo nisi bonum opus dei. immo quod erat homo
antequam in eis oriretur mala voluntas nisi bonum opus dei. et bo
na et laudanda natura. ergo ex bono oritur malum. nec fu
it homini unde oriri posset nisi ex bono. Dico ergo quia malam
voluptatem. nullum malum precessit. Hec dicit. si natura opus
dei est. per opus dei. opus diaboli transire non sinitur. sed nonne opus di
aboli. cum primum fuit in angelo. quod diabolus factus est oritum
est in opere. Quapropter si malum quod omnino nusquam erat in dei opere o
riri potuit. et malum quod alicubi iam erat. per opus dei transi
re non potuit. homines autem sunt opus dei. per unum sunt ergo opus diabo
li per opus dei. et quia diabolus est factura. vel opus dei. per unum sunt opus
opus dei. per opus dei. venit usque ad parvulos quod intra

Aug. de baptismo parvulorum.

mo vitio contraxerunt. sed in radice pereunt. nulli sunt ma
li. nisi forte quod de origine sua quod de fonte traxerunt. Co
munis non sunt portio. et communis est inventio. Sic

unius o
bedienti
am iusti
constitu
entur multi
. Lex
autem sub
intravit
ut habun
daret de
lictum. Ubi
autem ha
bundavit
delictum
superhabun
davit et
gratia. ut sic
ut regnavit
peccatum
in mortem.
ita et gratia
regnet per
iustitiam in
vitam eternam

enim per inobedientiam. ade et multi eo peccatores. ita
et ita per christi obedientiam iusti et cetera. Sequitur. Lex au
tem. Ostendit christi donum divinitus omnia peccata tam originalia

Aug.

quam actualia. Sed addit quod et a peccato legis liberat. id est a preva
ricatione ut iudei magis christo sint obnoxii. quasi dicat. per christum
est iustificatio. lex autem moysi. subintravit. id est latenter in
travit. post culpam originalem et actualem. vel per naturalem
legem. ut habundaret delictum. id est ut homo superbe fidens
de suis viribus acciperet precepta in quibus deficiens. ipsa

Aug. super ... ioannem.

ex prevaricatione liberatorem salvatorem que requireret. Aug.
humile enim iam factum timor legis tamquam pedagogus ad fidem
gratie perduceret. Oportebat ergo ut superbis et de libertate sua ar
rogantibus lex daretur. que prevaricata suam infirmitatem

Aug. de spiritu et littera.

et legis insufficientiam peccatores non consumentes intellegentes
humiliarentur. et ad subvenientem currerent gratiam. Item aug.

et lebe...

et in peccatis et viribus suis nimium assignantibus. data
lex adeo. ad domandam superbiam que dicebat non deest qui
impleat. sed deest qui iubeat. Horum ergo superbiam volens do
mare deus legem dedit. qui dicens homo vel. Ecce do vobis precep
ta. ne putetis deesse iubentem. non deest qui iubeat. sed de
est qui impleat. quia homo in peccatis natus non valet implere
idque natus est christus id est gratia que sanaret. Hac ergo dispensati
one lex data est. ut crescente peccato humiliarentur super
bi. et humiliati confiterentur. et confessi sanarentur. Non enim
crudeliter sed fecit deus. sed consilio medicine. Aliquando et homo
videtur sibi sanus et egrotat. et quia non sentit medicum non querit.
augetur morbus. crescit molestia. querit medicum. et totum
sanatur corpus. sic magnum ergo dei consilium fuit. ut per legem ha
bundaret delictum. ut manifestatur legis suam vide
ligentes infirmitatem infirmi ad medicum confugerent
et auxilium gratie quererent. Per legem autem dicit habundasse de
lictum. non quia lex delictum iubet. sed quia eo quod gratia ibi non
erat. auctum est ex prohibitione desiderium. Item qui ex pa
rentibus sermo est quam de unum. Sic ergo habundavit pec
catum. quia concupiscentia ex prohibitione ardentior facta est.
et peccantibus contra legem prevaricationis crimen accessit. Consili
um dei. quo legem dedit. iudeos nescisse. satis significavit iste
verbo. Lex subintravit. et cetera. Vel ita. lex subintravit
ut habundaret delictum. id est lege data habundavit. quasi dicat.
Dicetur. Sed apostolus. quod provenit data lege. non quod fecit lex.
data erat lex in adiutorium humane nature. ut quia
nature quodammodo sunt inserta iustitie semina. adderet
lex cum voluntate. et magisterio ingenium naturale
fieret. ad fructum iustitie faciendum. Sicut et naturam
non nutrita habet. unde quod tota adolescat. ita et natura
le ingenium iustitie non habet quod respiciat et nevet
non facile proficit. sed egrotat. et superveniente cadit

peccatis. Consuetudine enim delinquendi premitur. Cum enim
crescat instinctum et per hoc extinguitur. Premendum ergo et ad
bonum data est lex. Sed per se vetitum usum sequens multiplicavit
peccata. Ipso enim usu plus cepit peccare quam ante peccaverat. Et
sic factum est ut data lege non minuerentur sed habundarent
peccata. Diabolo invertente legem bonam in malum. Quia quod deus omnia
convertit sic consequitur ostenditur. Vel ita. Lex subintravit ut ha
bundaret, id est ad hoc data fuit ut per eam habundantius cog
nosceretur delictum. Sed enim lex non fuisset peccatum lateret sed per le
gem gravia peccatorum et prevaricationis cum homo agnovit ut qui in sor
dibus erat prevaricando magis sordesceret, id est se sordidum
cognosceret. Lex ergo est auctor boni demonstranda enim fu
erat homini feditas languoris sui ut videret non tantum doctrinam
sibi esse necessariam verum et adiutorem. Preterea data fuit lex
non mediocris pedagogum habentibus et perfectis signum et duris
sentiret flagellum. Et quia hic de lege sermo magnus occurrit
videndum est quibus modis lex accipiatur et cum populo data sit
neque illi non alii et quibus et propter quod de illo populo sit data. Primo
quibus de causis data sit summatim dicendum est. Lex ergo aliquando dicitur
tota series veteris instrumenti. Aliquando series librorum v. mo
ysi. Aliquando decalogus scriptus in tabulis. Aliquando cerimonialia
tantum, id est figurata secundum litteram. Aliquando littera cum spirituali intellectu
ia. Aliquando observantia aliquorum mandatorum, sicut in eadem lege sepe
dicitur hec est lex pasche, hec est lex lepre, hec est lex holocaustorum et
... Sunt et quidam sancti de lege varie loquentes dissentire aut
contraria dicere videntur. Dicit enim dominus per ezechielem. Dedi vobis precep
ta non bona et iustificationes non bonas in quibus non vivatis. Cui
... apostolus dicens. Lex neminem ad perfectum duxit. Et item.
Lex iram operatur. Et hec lex subintravit ut habundaret et cetera. Et dominus in
evangelio. Nisi habundaverit iusticia vestra plusquam scribarum
et cetera. Hiis autem contraria videntur et talia. Iusticia legis suo tempore cu
stodita non solum temporalia bona sed vitam conferebat eternam. Et
apostolus ait. Itaque lex quidem sancta et mandatum sanctum et iustum et bonum.
Et dominus in evangelio. Non veni solvere legem sed adimplere. Ut hec ergo
que videntur non esse contraria pateat sciendum est hec esse dicta secundum di
versas legis acceptiones. Cum enim dicitur dedi vobis precepta non bona et iusti
ficationes non bonas in quibus non vivatis. Intelligendum est hoc de preceptis legali
bus cerimoniarum. Que dicuntur non bona non quia mala essent sed quia bo
nos non faciebant observatores secundum litteram. Hec et talia ac
cipienda sunt in hac parte. Quod autem econtrario dicitur accipienda
sunt de lege secundum spiritualem intellectum et secundum moralia que in e
vangelio non tolluntur sed adimplentur sicut in matheo o
stenditur. Lex autem data est populo iudeorum tantum ideo quia ille populus
solus unum deum colens. Dignus erat cui eloquia dei crederentur ce
teris ydola colentibus. Ideo etiam quia de hoc populo nasciturus erat dei
filius. Vel data fuit ei lex per quam illud intelligeret et dei filium ne
rum expectaret. Cum lex data sit illi soli populo.

data est etiam omnibus generibus hominum que erant
in illo populo. Sed non pro omnibus. Erant enim in illo populo in genere hominum
et duri incipientes et perfecti. Hiis omnibus data est lex. Sed non pro omni
bus. Data est duris in flagellum incipientibus in pedagogum perfectis
in signum. Sed non pro iustis data est. Ut enim alibi ait apostolus. Iusto lex
posita non est quia per eam iusticie nichil accrevit. Legem autem hanc accipi
mus secundum legalia. Legalia non dicimus que in lege instituta sunt et
cum lege terminata. Lex autem data est ad domandum superbum ad
flagellandum durum ad instruendum incipientem ad ostensionem
delicti et humane infirmitatis ad manifestationem testi
monium gratie et futurorum significationem. Sequitur. Ubi autem habunda
vit. Hic agit de virtute gratie et quanta efficacia gratia ostendens quia lege
data habundavit delictum. Sed non ideo desperandum videlicet quia
ubi habundavit et cetera. Vel ita continua. Delictum superhabun
davit per legem. Sed hoc sanat Christus quia ubi habundavit delictum superhabundavit et
gratia omnia condonans. Totum enim quod de adam traxisti totum quod tuis pravis
moribus addidisti dimisit totum delevit. Orationem docuit. Certan
tem iuvit. Laborantibus subvenit. Victorem coronabit. Vel super
habundavit gratia quia non solum a preteritis peccatis absolvit verum et a futuris con
Amb. heredi tatis non. quia si hoc esset scilicet illi qui sunt tantum ex lege sunt idest esse dicuntur heredes. sed inconveniencia sequuntur. quia fides est exinanita idest frustrata. que constat in
sanctis fuisse abraham. et promissio est abolita idest in
Amb. expleta. ut nulli sint heredes. Lex enim non facit aliquos heredes. nam potius operatur iram idest penam. Ad hoc enim data est ut reos faceret
Amb. Aug. delinquentes. non efficiens causa. sed non adiuvante gratia. Vel ut reos faceret et sic penam iram operatur
scilicet deserte per dotem etc. nam prevaricationem ex qua est prevaricatio. quod ostendit dicens. Ubi enim non est lex. quasi ideo dico ex lege esse iram et prevaricationem. quia sine ea
Amb. non est. Ubi enim non est lex non est prevaricator. hoc dicit quia sublatis de lege data venia. vivificati
Au. vis illa prevaricatio est. Iustificati sunt sancti qui per prevaricationem legis fuerunt peccatores. Nota quod
Au. non ait ubi non est lex non est iniquitas. sed ait non est prevaricatio. Omnis enim legem preveniens iniquus est. sed non
Or. omnis iniquus est legem preveniens. Qui enim legem non acceperunt iniqui dici possunt. prevaricatores autem dici non possunt. Hucusque ostendit quod prevaricatio omnino esse non potest. nisi lex sit. nec ira tanta est sine lege. Sequitur. Ideo ex fide etc. Ex predictis infert ex fide sunt heredes abrahe. quasi dicat. quia hec inconveniencia sequerentur si ex lege essent heredes.
Au. ideo ex toto patet quod sunt heredes ex fide. quare donum nostre. et sic est firma promissio. Unde subdit. ut firma sit promissio omni semini abrahe
Amb. idest iudeo et gentili imitatori. solet autem ita vera
Amb. verbis firma est promissio. scilicet quod filii sunt dei. firma sit dico secundum gratiam fidei. non secundum meritum legalium operum. seu quorumlibet fidem precedentium.
Amb. firma autem promissio esse non potest omni semini nisi ex fide. quia origo promissionis ex fide est. per quam incipiunt ...rificandi sunt ut digni fiant dici filii dei. Omni semini etc. quia firma est promissio per gratiam fidei omni semini. non solum ei qui ex lege est idest non tantum ei
Aug. de baptismo parvulorum. qui ex veteri lege venit ad novam idest iudeis. sed et ei quicumque sit qui ex fide abrahe idest qui

sunt. exinanita est fides abolita est promissio. Lex enim iram operatur. Ubi enim non est lex nec prevaricatio. Ideo ex fide ut secundum gratiam firma sit promissio omni semini. Non ei qui ex lege solum est sed et ei qui ex fide est abrahe. qui est pater omnium nostrum sicut scriptum est. Quia patrem multarum gentium posui te ante deum cui credidisti. qui vivificat mortuos et vocat ea que non sunt tamquam ea que sunt.

sequuntur fidem abrahe. quamvis genitura habuit ut esset iustus. Vel ita firma est promissio omni semini. et non tantum ei qui solummodo est ex lege idest qui deo
Au. pro bonis temporalibus serviunt. quia hec talis agnitio dei excidit. sed
Au. et solummodo qui est ex fide abrahe idest qui imitatur fidem
abrahe. et ideo causa fidei a lege recedendum est. ut sit
Au. firma promissio. Lex enim sine gratia promissionis non solum non aufert. immo et auget peccatum. non quod sit efficiens causa peccati. cum sit sancta et bona. sed quia ea data augmentum peccati accessit. quasi sine ea non acces
Amb. sisset. Contraria enim sunt que dicuntur efficere aliquid. non quod ipsa efficiant. sed quia sine ipsis non fierent illa que fiunt. Sequitur. Qui abraham est pater idest institutor per exemplum fidei omnium nostrum. scilicet credentium pater. sicut scriptum est in genesi. quia hec est in quo consentit auctoritas dicens. Quia
posui te o abraham idest constitui patrem idest auctorem secundum fidem. non sine circumcisorum iudeorum. sed in
Amb. multarum gentium. In quo percutitur iudeorum superbia qui gloriantur de progenie abraham descendere. Ideo enim carnaliter circumcise genti. tamen non factus est pater. sed
Amo. Amo. et in circumcisis gentibus fidem abrahe imitantibus. te dico qui es ante deum idest places deo. cui credidisti qui per fidem ei places. Sequitur. qui vivificat. hec sunt verba apostoli. quasi et ipse est cui nimirum credendum est quia ipse est qui vivificat per fidem et gratiam. mortuos idest iudeos mortuos in peccatis. Hic ergo securi credimus qui mortuos vivificat. et vocat per gratiam ea que non sunt idest gentiles qui nichil esse videbantur tamquam ea que sunt idest iudeos qui aliquid esse videbantur
Amo. Qui enim adherent ei per fidem et dilectionem esse dicuntur qui non in peccatis mortui sunt. sicut erant gentiles. qui non adherent ei qui vere est. non esse dicuntur. Vel ita secundum aliam litteram. quia vocat ea que non sunt tamquam ea que sunt.
Amb. Non ait ut sint. sed tamquam sint. quia predestinata sunt et disposita. sic sunt ea que futura sunt. iam apud deum sunt. apud deum quasi preterita factum est. quia ei disponere et predestinatione futurum est. Unde alibi. Qui fecit que futura sunt. et alibi. Qui elegit nos ante mundi constitutionem. Quis sufficit hoc explanare. Eliguntur qui non sunt. nec errat qui degit. nec inane eligit. Eligit tamen et habet electos quos creandos est eligendos. quos habet apud semetipsum. nec in natura sua. sed in presciencia sua. non deerit quibus promittebatur. sed quibus promissum est et ipsi promissi sunt. Vocat ergo que non sunt tamquam sunt idest hiis qui non sunt dispo nit et preparat ab eterno gratiam iustificationis et glorificationis apponendam in tempore tamquam sint idest tamquam illi qui iam sunt apud deum per predestinationem

in quo sola apparet gratia. Non enim homo qui non erat promeruit ut esset, vel ut bonus esset vel beatus. Si enim promittuntur iam erant, sed non dum erant quod vivunt. Sed electionis gratia habent, ut totum conferre dicatur gratie dei suo ideo quia sui. Communis est et omnibus non, sed non gratia non ipsa natura propter esse gratia, quia gratis concessa est. Excepta illa gratia de qua nunc non agitur, qua creata est humana natura, scilicet qua homines sumus, quo communis paganus et christianus est, sed est maior gratia vel electis concessa, non qua per verbum homines creati sumus, sed qua per verbum caro factum fideles sumus. Vocat, id est cognoscere, ea que non sunt in actu tamquam ea que sunt. Secundum. Qui contra spem etc. Commendato illo cui Abraham credidit, incipit commendare ipsius Abrahe fidem, ut alii illum imitentur. Qui contra, quasi dicat: Abraham pater est omnium, qui Abraham contra spem, id est preter eum que erat de natura, id est secundum naturalem consuetudinem, credidit deo promittenti in spem, id est sperans et secure expectans quod promissum erat. Preter spes, sed tamen erat, scilicet dum iuvenis ex iuvencula sed natam speraret sobolem, sed tamen habuit: in genitum illi spei speravit, scilicet ut vetulus de vetula et filii generaret ex dei potentia, que spes est gratie. Credidit deo ut ita fieret pater multarum gentium, per fidem non ample credidit, scilicet ut secundum quod dictum est ei, id est promissum in genesi, scilicet Sic erit semen tuum sicut stelle celi et sicut arena maris, id est innumerabiles erunt boni qui ex te nascentur, qui per stellas significantur, et mali qui per arenam intelliguntur. Ita credidit Abraham et propterea non est infirmatus in fide. Infirmatur ille qui hesitat, et si etiam quis posset infirmari habere, scilicet suam senectutem et sare senectutem et sterilitatem. Unde ait: non consideravit corpus suum esse emortuum ab opere generandi filios cum fere esset centum annorum, et similiter non consideravit vulvam Sare esse emortuam, non sui causa, sed et talia que sunt fecit deus. Ideo enim talia fecit ut errorem auferret et se omnipotentem dominum omnium demonstraret. Aug. Quia enim tunc mundi instanti dominum neglexerunt, ideo que in mundo impossibilia sunt deus fecit, ut qui per hoc crederent salvarentur. Dei donum maxime patet. Attendendum est et quod non preter rei magne signum Ysaac qui tam generationis humane fuit promissus, sed et fuit insigni dei filium contra humanam naturam et non ex homine nascentem, filiosque hominum per spiritum regenerationis ex peccatoribus filios dei, ex mortalibus immortales generandos. Et non solum in repromissione non hesitavit Abraham, sed etiam In repromissione dei quam tertio angelis promisit, sed et ipse veniam. Et erit Sare filius et si ipsa promissio differretur non tamen hesitavit diffidentia, sed confortatus est fide dans gloriam

Qui contra spem in spe credidit ut fieret pater multarum gentium secundum quod dictum est ei: Sic erit semen tuum sicut stelle celi et sicut arena maris. Et non infirmatus est fide nec consideravit corpus suum emortuum cum iam fere centum esset annorum, et emortuam vulvam Sare. In repromissione etiam dei non hesitavit diffidentia, sed confortatus est fide dans gloriam deo: plenissime sciens quia quecumque promisit deus potens est et facere. Ideo et reputatum est illi ad iustitiam. Non est autem scriptum tantum propter ipsum quia reputatum est illi ad iustitiam, sed et propter nos quibus reputabitur credentibus in eum qui suscitavit Ihesum Christum dominum nostrum a mortuis. Qui traditus est propter delicta nostra

deo de constantia fidei plenissime sciens, nichil in nullo imminutus dei, quia quecumque promisit deus potens est et facere, non promittit ita leviter ut facere non possit. Hec tamen intelligi debent ut scilicet credat sicut Abraham credidit, scilicet deum posse quecumque promisit. Et nota quod non ait quecumque predixit vel prescivit, sed quecumque promisit potens est facere, quia omnia que promisit ipse facit. Ipsi enim faciunt homines bona, que promisit ipse tamen facit quod faciunt, ut illi faciant, non illi faciunt ut ipse faciat quod promisit. Aliud enim ut dei promissa compleantur non in dei sed in hominum est potestate. Promisit enim quod ipse facturus erat, non quod homines; non enim de vite voluntatis potestate sed de sua predestinatione promisit. Congrue ergo non ait predixit vel prescivit nam et aliena facta potens est predicere atque prescire, sed promisit, ut hoc intelligeret promittere quod ipse facit. Non enim ipse promittit et alii faciunt, quia iam non esset promittere sed predicere. Aug. Ideo etc. Quia contra Abraham confortatus est fide, ideo et ipsum credere reputatum est illi ad iustitiam, quia per hoc quod credidit et accepit promissum et iustificatus est. Et quia aliquis diceret: Quid hoc ad nos? Subdit: Non est autem scriptum tantum propter ipsum, id est propter laudem ipsius hoc, scilicet quia reputatum est illi ad iustitiam, sed et propter nos instruendos, quibus reputabitur fides ad iustitiam credentibus in eum, scilicet deum patrem, qui suscitavit dominum nostrum Iesum Christum, quasi quod hoc fecit nobis prodit, suscitavit dico a mortuis, id est a sepulchro, qui proprie locus est mortuorum. Pater suscitavit filium et ipse filius secundum quod deus suscitavit semet ipsum, quod idem et operatus est spiritus sanctus. Qui Christus a deo patre, a Iuda et Pilato traditus est in mortem propter delicta nostra tollenda vite diabolo destructo. Et resurrexit propter iustificationem nostram, id est ut iuste vivamus, quod aliter non poteramus. Nota quod utraque, id est mors et resurrectio Christi, delicta nostra tollunt et utraque iustificant, tamen mors Christi sola interitum veteris vite significat et in sola resurrectione nova vita signatur, que a iustificatione incipit et immortalitate perficietur. Ideoque congrue quantum

neat reatu. ut homicidia et similia. ita con
trario fieri potest. ut concupiscentia. id est concupisci
bilitas preterat reatu. et maneat actu. De hac ita
ait Augustinus. Concupiscentia que in corpore mortis huius carna
lis concupiscentia. cum vitiosis desideriis nos non obe
dire precipit. que tamen concupiscentia cotidie minui
tur proficientibus et renascentibus. Quia enim dum sibi
mutue iure nuptiarum miscentur. sine libidine non est pa
rentum concubitus. ob hoc filiorum ex eorum carne nascen
tium non potest sine peccato esse conceptio. ubi peccatum in parvu
los non transmittit propagatio sed libido. Non fecunditas na
ture humane facit homines cum peccato nasci. sed fe
ditas libidinis quam homines habent. Ex illa primi iustissi
ma condempnatione peccati. Ideo beatus David propter originale
peccatum quo naturaliter obstricti. sub unius formula dicit. In iniquitati
bus conceptus sum. et in peccatis concepit me mater mea.
Ecce hic liquet concupiscentiam esse originale pec
catum. Originale autem dicitur. quia ex vitiosa originis
nostre conditione trahitur. Non enim quia ab Adam descendimus
per carnis propaginem. ideo originali peccato tenemur. cum et
Christus ab eo descenderit. qui omni peccato caruit. Sed quia vitiosa
lege concipiendi ex peccato primi hominis accedenti. conce
pti sumus. id est carnis concupiscentia. ideo peccati rei su
mus. quod originale dicitur. Ecce breviter assignatum
est quid sit originale peccatum. et quare dicatur originale. et
quare imputetur posteris. et quomodo in baptismate re
mittatur. ut scilicet non remaneat post baptismum culpa sed pena
et illud quod remanet non tamen dominetur si perseveret homo in gratia
baptismi. Ideo cavere autem. Beati quorum remisse id est miti
gate et quantum ad culpam delete. sed non quantum ad penam.
et quorum peccata actualia tecta sunt. in baptismo. Peccata di
cit que sunt in actu. que ita in baptismo tecta sunt. ut ultra non
videantur. adeo ad penam. quia hic est de tantum de peccato quod
punitur peccatum. et quia nullus est sine peccato vel originali
vel veniali. subdit. Beatus vir cui non imputavit dominus
ad penam peccatum. vel originale quod aliunde est. vel veniale.
Vel aliter. Tres gradus delictorum fecit. Videtur in tribus
his dictis propter delictorum varietatem. Primus gradus ini
quitas vel impietas est. scilicet creatorem non agnoscere. id est infide
litas. Secundus gradus est in operibus quantum in peccatis. Tercius ve
lenium. Remittere iniquitatem. non imputare enim totius
consensus sunt verba. quia et tegit remittit. et remittit
non imputat. Sed ad laudem gratie dei pluraliter loquitur. Sequitur.
Beatitudo ergo hec et cetera. Ex verbis prophetie probavit beatitudinem
esse ex gratia per fidem. Nunc querit in quibus sit. an in Iudeis tantum. an
et in gentilibus. quia cum constet quod beatitudo ex gratia sit per fi
dem. iam querit in quibus sit. Beatitudo ergo hec tantum manet

iniquitates
remisse sunt et quorum tecta sunt pec
cata. Beatus vir cui
non imputavit dominus pec
catum. Beatitudo ergo hec
in circumcisio
ne tantum ma
net an et in
preputio. Di
cimus enim quia
reputata est
abrahe fides
ad iusticiam.
Quomodo ergo re
putata est in
circumcisione an in pre
putio. Non in
circumcisione sed in prepu
tio. Et signum accep
it circumcisionis signa

in circumcisione. hoc est in Iudeis. an et in preputio. id est
in gentibus. id est in quibus beatitudo abrahe similis sola concessa est.
an et his qui ex gentibus sunt. De in hac questione apostolus di
cens. Dicimus enim et cetera. quasi hic ideo queritur quia dominus ex sensu le
gis loquitur. quia reputata est fides abrahe ad iusticiam.
non circumcisio. id est nobis legem intelligentibus constat de abra
ham quod iustus est per fidem et cetera. Sed constet. Quomodo ergo reputa
ta est. id est in quo statu erat cum iustificaretur. an in preputio. id est
quando circumcisus erat. vel antequam esset circumcisus. et sic in eo vide
bitur si circumcisio necessaria. De in solvit utrumque simul
questioni respondens. Non in circumcisione tantum. id est in Iudeis
est hec beatitudo. sed et in preputio. id est in gentibus similiter. Non in
circumcisione tantum. id est tempore circumcisionis reputata est fides a
brahe ad iusticiam. sed et in preputio. id est in tempore preputii. Se
quitur. Et signum accepit et cetera. Respondet apostolus his que obi
ci recte poterant. scilicet cum ante circumcisionem per fidem iustus esset
quare sunt circumcisi. Et quia questio dixerit est ante circumcisionem iu
stus esse abraham. cur ergo circumcisus. Respondet non
sui causa. et ut superfluum. Sed accepit signum circumcisionis. id est accepit
per circumcisionem insignum. scilicet non quod fieret. sed quod iustus osten
deretur. quia accepit circumcisionem. quod circumcisio signum iusticie
tantum habuit. Non ergo circumcisio aliquid magne dignitatis ha
bebat. sed signum erat tantum. Circumcisio vero excisio dicitur sig
num mutionis circumcisionis. tale scilicet signum quod signaculum. id est ha
bens similitudinem signate rei. ut sicut carne libidi
nis homo in circumcisione spoliatur. sic anima spoliet omnibus sordibus
prime nativitatis. et quia videbitur dicant. cuius rei signum sit. sub
dit. iusticie fidei. quod accepit circumcisionem in signum huius rei. in
preputio fidei. id est iusticie que est ex fide. Vel alio modo. et alia ratione dicitur
signaculum. quod accepit circumcisionem in signum. quod signum est sig
naculum. id est celans quoddam misterium quod celatur inimicis. id est in
fidelibus. et cernitur amicis. id est fidelibus. ad similitudinem
sigilli quod imprimitur. ut quod occultum volumus esse omnibus non
pateat. Hic est autem misterium quod circumcisio que octavo contingit
scilicet quod sicut in octava die circumciditur homo. sic in octava eta
te post finem omnium dierum seculi. auferetur omnis vetustas cul
pe scilicet et pene. Sic hic videndum est in quo primo instituta sunt
circumcisio. et quare. et quid conferret. et quare mutata sunt. et quare pro
gratie succedente baptismo. Abrahe primum circumcisio commendata
est. ut sub lege mandatum esset. et sic probaretur an compleret
vel non. Sicut Adam mandatum accepit. ne de ligno manducaret. ad probationem obedientie. et sic precepta fuit cir
cumcisio Abrahe. ita et semini eius. id est Hebreis
ex eo nascentibus. et fiebat octava die de lapideo
cultro. in carne preputii. sic preceptum erat. Quibus
autem de causis data fuit circumcisio. Pri
mo per obedientiam mandati Abraham placeret deo.

Au.
Amb.
Amb.
Au.
Beda
Gg. in Moral.

cui [illegible]

Ag. cui per prevaricationem in adam displicuerat. Secundo
Amb. insignium magne fidei abrahe. Credidit enim se
habiturum filium. in quo benedicentur omnes gentes
per fidem. et per quod spiritualis circumcisio impletur sicut insti
Ambr. tuta est in tempore. Tercio ut hoc signo discerneretur a
ceteris nationibus ille populus. Quarto ut circumcisio
facta in illo membro per quod generatur. ceterarum mortali
um. in quo libido solet dominari. castitatem mentis et cor
poris servandam. et impudicitiam recidendam indi
Ag. ceret. Quinto ideo precepta fuit. quia non possunt melius sig
nificare per christum tolli originale peccatum. cum quo
oportet omnis homo nascitur. quemadmodum et originali
peccato. et circumcisis spiritualiter generatur. Tunc etiam est illis
qui tempore iam erant. sic baptizatur in filium quem
generat carne reatum tenet originis. a quo ipse
iam liber erat. In carne et spiritu. Ideo missa est. que in
remedium instituta est. scilicet contra originale peccatum. quod
a parentibus trahimus. concepti in concupiscentia. que
in parte illa magis dominatur. et quia in illo membro culpam
inobedientie primus homo cognovit. Decuit ut
in hoc membro signum obedientie acciperet. Fiebat
autem octava die lapideo cultro. quia post septena
rium vite huius in octava etate. que erit resurgen
tium omnis ab electis per petram christum abscidetur cor
ruptio carnis et spiritus. quia in liberabuntur a servitute
corruptionis. et per christi resurrectionem in octava fa
ctam. circumciduntur a peccatis anima cuiusque credentis in
eum. Unde namque sunt res illius sacramenti. scilicet circumcisio
a peccatis in presenti. et circumcisio ab omni corruptione
Beda in futuro. Conferebat autem circumcisio suo tempore re
missionem peccatorum. sicut et nunc baptismus. Idem enim salu
tifere opis auxilium circumcisio in lege. contra origi
nalis peccati vulnus prebebat. quod baptismus agere revela
te tempore gratie consuevit. excepto quod regni celestis
ianuam nondum intrare poterant. tamen in sinu abrahe
post mortem beata requie consolati superne pacis
Ex Haimo ingressum spe felici expectabant. Item quod apud nos
valet aqua baptismi. hoc egit apud veteres. vel pro parvu
lis sola fides. vel pro maioribus virtus sacrificii. vel pro his
qui de habrahe stirpe prodierunt misterium circum
cisionis. Ecce ex his auctoritatibus patet per circum
cisionem peccatorum fieri remissionem. sicut et per baptismum. Et quia
imitata est circumcisio per baptismum. quia sacramentum
baptismatis perfectius est. quia et magis communi. et ma
gis gratie plenum. In circumcisione namque tantum peccata re
mittebantur. scilicet nec gratia ad bene operandum per eam pre
stabatur. nec virtutes dabantur. nec augebantur.

circumcisionis signaculum iustici
e fidei. que est in pre
putio. Ut sit
pater omnium cre
dentium per preputium
ut reputetur et
illis ad iusticiam.
ut sit pater circumci
sionis. non his tantum
qui sunt ex circumcisi
one. sed his qui sec
tantur vestigia
fidei que est in preputio
patris nostri abrahe.
Non enim per legem
promissio facta est
abrahe aut se
mini eius. ut he
res esset mundi. sed
per iusticiam fidei.
Si enim qui
ex lege heredes

In baptismo vero et peccata dimittuntur. et gratia cooperandi
confertur. et virtutes augentur. Ideo recte apostolus ait
quod abraham accepit circumcisionem tamen insigni
que est signaculum. insignium dico iusticie fidei. que iu
sticia fidei est. vel fides ipsi abrahe. in preputio. scilicet in
tempore preputii. scilicet antequam circumcideretur puer. non in tempore pre
putii habuit ex fide iusticiam. Ut ipse sit. id est o
stendatur esse pater. id est fidei auctor. exemplo omnium
credentium. sit pater dico et per preputium. id est in tempore pre
putii. Vel per preputium. id est per id quod est ei datum in tempore prepu
cii. id est per fidem. Nota diligenter per insolentem expositionem
id est preter solitum hic positam. quia aliud ubi non illam expli
cat. per preputium sic intellige preputium. id est in preputio. ut dicitur
per illud tempus. id est in illo tempore. Vel per preputium. id est per id quod est
datum ei in tempore preputii. scilicet non per circumcisionem
ostenditur eum ex ea hanc accepisse. hic agit de paternitate
quam per fidem abraham consecutus est. Nam per carnem iudeorum
tantum pater est. fide vero omnium credentium tam iudeorum quam
gentium. ita eorum pater est. ut illis credentibus repu
tetur. ipsum credere ad iusticiam. id est ad remissionem
peccatorum. et bona opera. et ita sit pater spiritualis circumci
sionis. id est auctor iusticie. que est ex fide. sit per exem
plum. non tantum his qui sunt ex circumcisione carnali. unde
est abraham pater. vel reputatur fides ad iusticiam. sed
et his quicumque sunt qui sectantur vestigia fidei abrahe. id est
ita ample credant. sicut ille credidit. abrahe dico pa
tris nostri. id est patris omnium credentium. que fides data est ei
in preputio. id est in tempore preputii. sicut iam dictum est. Sequitur.
Non enim promissio et cetera. dixit quod abraham non per legem
sed per fidem iusticiam consecutus est. et paternitatem. nunc de pro
missione agens addit. quod per eandem fidem promissionem
habuit. et hereditatem. quod per fidem paternitas. quia per eam promis
sio non per legem vel circumcisionem que non dum erat. Ita est non enim
per legem facta est promissio ipsi abrahe aut semini
eius. id est ad opus seminis eius. scilicet credentium omnium qui sunt semen
abrahe non carne sed imitatione. vel semini eius. id est christo. cui dicitur
facta promissio. quia in eo implenda erat. que promissi
o hec scilicet ut esset heres mundi. Nondum enim lex data e
rat. cum hec promissio facta est. Abraham dicitur heres mun
di. id est possessor aliquorum de toto mundo qui eum imi
tantur. quia omnes credentes per fidem filii sunt habrahe
et ipse in christo qui ex eo natus est possidet omnia. Abra
ham ergo heres mundi est. in se. et in semine suo.
id est christo. sed in se sed exemplum. christus autem heres. id est dominus mundi. scilicet potestate. per quem sunt
benedicti filii abrahe. cum deus pater gentes. Primo ostenditur sicut ait david. Dabo tibi gentes et cetera.
Itaque in illo impleta est promissio que dicta est abrahe. patrem multarum gentium posui
te. et item in semine tuo benedicentur omnes gentes. Et alia huiusmodi. hec promissio ut di

et illa opera sequuntur iusticiam. non enim ex ipsis est iusticia, sed ipsa fiunt ex iusticia. ideo quod non iusticiam operum sed opera iusticie dicimus. Ita quod lex non operum sed iusticie vel fidei vel gratie dicitur. quia gratiam perficiendi opera prestat, et iustos facit per fidem. Lex autem operum non iubebantur opera sed non dabatur gratia per legem operum dicit deus homini: fac quod iubeo. per legem fidei dicit homo deo: da quod iubes. Ideo enim iubet lex ut amoneat quid faciat fides. id est cui iubetur, si non potest, sciat quid petat. Si autem continuo potest et obedienter facit, debet etiam scire quo donante possit. Secundum. Arbitramur enim quod lex fidei iustificet ab auctoritate sua ostendit. qui tunc per fidem iustificatur. Nos et apostoli sic arbitramur scilicet hominem quemcumque et gentilem iustificari per fidem sine operibus legis carnalibus id est sine circumcisione aut neomeniis aut veneratione sabbati. vel sine operibus legis quibuslibet etiam moralibus. Sed hoc intelligendum est de operibus precedentibus fidem non sequentibus sine quibus inanis est fides. Ut ait Iacobus: fides sine operibus mortua est. Et ipse Paulus ait: Si habuero omnem fidem. caritatem autem non habuero nichil sum. Verum ergo apostolus fidem predicans gentibus ut ostenderet non merito bonorum operum pervenitur ad fidem, sed fidem sequi bona opera, dicit hominem iustificari per fidem sine operibus legis. non quod contemptus per dilectionem debeat operari, et non Abraham volebat filium immolare. Sequuntur enim opera iustificatum non precedunt iustificandum. sed sola fide sine operibus precedentibus fit homo iustus. Ut non magis sint iusti qui opera legis timore fecerunt. cum fides per dilectionem operatur in corde et si foris non exeat in opere. Nam fides que per dilectionem operatur in corde et si foris non exeat in opere. Nam fides que per dilectionem operatur. etsi non sit unde exterius operetur in corde tamen servientis servatur. in nimis potest operum ad iusticiam fidei venerunt, in quo iudei se preferebant. bona opera in carne fide inania sunt. Nota de fide et operibus. Sunt enim in iudicibus currentium magne vires vires et cursus celerrimus preter viam. nemo ergo computet vel bona opera sua ante fidem. ubi fides non erat. bonum opus non erat. Bonum enim opus intentio facit intentionem fides dirigit. Non valde attendas quod homo faciat sed quid cum faciat attendat. quod lacertos optime gubernationis dirigat. Secundum. An iudeorum deus tantum. quasi dicat: Arbitramur quemcumque hominem iustificari per fidem quia credentium est, et gentium creator est. Et hoc est quod ait: An iudeorum deus tantum id est creator est, ut eorum tantum per se sit iustificator credendum. Nonne et gentium creator est ut iudeorum. Immo et gentium. creator est ut iudeorum ut eodem credatur iustificator ut iudeorum. Et ad utrosque ipse deus. Quoniam quidem unus deus est id est creator est omnium. quia est alius modus possit probari. Sed unum pono et

Arbitramur enim iustificari hominem per fidem sine operibus legis. An iudeorum deus tantum? Nonne et gentium? Immo et gentium. Quoniam quidem unus est deus qui iustificat circumcisionem ex fide et preputium per fidem. Legem ergo destruimus per fidem? Absit. Sed legem statuimus. Quid ergo dicemus invenisse Abraham patrem nostrum secundum carnem? Si enim Abraham ex operibus legis iustificatus est, habet gloriam sed non apud deum.

unus omnium deus. iustificat equaliter omnes per eandem causam id est per fidem. Et hoc est: dico unus est deus qui iustificat circumcisionem id est iudeos ex fide. et iustificat preputium id est incircumcisos gentiles per fidem. non ad aliquam differentiam dictum est. tamquam aliud sit ex fide et aliud per fidem. sed ad varietatem locutionis. Idem est enim quod dicit ex fide et per fide. quia apostolus sepe mutat prepositiones in eodem sensu. quia deus omnes iustificat per fidem. Ergo legem destruimus per fidem? Absit. Non enim destruitur lex cum impleta. sed spiritum cessat sed littera. Unde subdit: sed statuimus id est confirmamus legem. quia si gratia fidei est per quam impletur lex. que sine fide instituta esset firmatur et stat legis quia iustificata in cerimonialia spiritualiter implentur. et quia misterio in moralibus continebat in evangelio addita, et quia promittebat venturam fides advenisse testatur. Confirmata ergo et preceptis mistica in evangelio impleta sunt sed spiritualem intelligentiam. littera non occidens tollitur. Moralia autem in quibus maximum continebatur, et secundum litteram in evangelio confirmantur. Secundum. Quid ergo dicemus Abraham patrem nostrum et cetera. Quod supra dixerat iustificari hominem per fidem ostendit per Abraham in quo dicitur commendatur fides. qui per fidem adeptus iusticiam et promissionem et paternitatem. quasi dicat: et quia nemo iustus est sine fide. Ergo si Abraham. Quid ergo dicimus Abraham patrem nostrum quasi non invenitur debere invenisse secundum carnem id est ex operibus legis. dicemus quod fuit iustus ex eis non. quia si Abraham iustus est ex operibus legis id est si ex carnali observatione vere iustus est. quod utique impossibile est. sequitur et hoc aliud impossibile scilicet quod ipse habet gloriam eternam. quam ex iusticia se quesivit. sed a se habet eam non secundum deum. id est non a deo vel in deum. Videtur sepe apostolus dicere quod due quedam sint iustificationes. quarum unam ex operibus nominat. aliam vero ex fide et illam quidem que ex operibus est dicit habere gloriam sed apud homines non apud deum. Illa vero que est ex fide dicit habere gloriam apud deum qui inspicit corda hominum. et scit qui credit in occulto vel vere est. Si vero Abraham ex operibus legis iustificatus est ipse habet gloriam. de hac iustificatione sed apud homines non secundum deum. quia hec iustificatio est in opinione hominum et non apud deum. quia non vera est. Adventat deus talem gloriam et illos potius tenerent. Et gloriatur in domino gloriatur. Contraria gloriantur de operibus cum sint mali. sicut ille phariseus gloriabatur qui cum publicano in templum ascendebat et opera sua iactabat dicens: non sum sicut ceteri hominum et cetera. Si ergo ex operibus iustificatus est Abraham non habet gloriam apud deum. quia quod fecit mercede legem vincet in ea id est non moveret sed ut reus. nec enim meritum ex hoc habebit apud

Aug. de spiritu et littera.

Amb.

Aug. in sermone de

Aug. in li. lxxx quest.

Aug. de fide et operibus.

Aug. in sermone de

Capitulum 4

Aug. in ps. xxxi.

De correctione et gratia.

deum. s. fidei causa. abraham autem gloriam habet
apud deum. non quod iustificatus est ex operibus et sic hoc est. et
ex fide iustificatus est. quod probat subdens. Quid
enim scriptura dicit in genesi. quasi attende quid dicat
et tunc inuenies. ecce. Credidit abraham deo.
dicenti in semine tuo b. o. g. et alia huiusmodi. et
ipsum credere reputatum est illi ad iusticiam. i. fuit
sufficiens ei iusticie causa ad salutem. et est alius s.
tum. Ei qui operatur. i. qui habet tempus operandi. merces non
imputatur. i. non dabitur secundum gratiam fidei tantum s. sed
debitum operationis sue. Ei uero qui non operatur
i. qui non habet tempus operandi. sicut abraham habuit.
Credenti autem in eum. qui iustificat impium. i. si
credit in christum. qui gratis peccata impio dimit-
tit. fides eius sola reputabitur ad iusticiam. i. suf-
ficit ad iusticiam. quamuis opera non meruerit. et ita suffi-
cit ad salutem. Attende quod ait credenti in eum
non ei. non tamen continuo qui credit ei. in eum credit.
Aliud enim est credere in eum. aliud credere ei. aliud cre-
dere illum. nam et demones credebant ei. sed non cre-
debant in eum. et nos credimus paulo. credimus et
petro. sed non in paulum vel in petrum. Credere illi est
credere uera esse que loquitur. quod et mali faciunt. credere
illum est. credere quod ipse sit deus. quod et mali faciunt.
Quid uero est credere in eum. credendo amare. credendo
diligere. credendo in eum ire. et eius membris incorpora-
ri. hec est fides quam a nobis exigit deus. et non inuenit quod
exigat nisi donauerit quod inueniat. Per hanc fi-
dem iustificatur impius. i. fit de impio pius. ut
deinceps ipsa fides incipiat per dilectionem operari. sa-
ne ipse sola bona opera dicenda sunt. que fiunt per dile-
ctionem dei. hanc autem necesse est antecedat fides. ut in-
de non ab illis illa incipiat. quia nullus operatur bene nisi
precesserit in deum. Et hoc est quod dicit apostolus de credere reddi
secundum iusticiam operis. tamquam opera que deus remuneret ex
nobis sint. immo ex gratia dei sunt. nam deus per gratiam dedit
peccatoribus fidem. per quam iustificarentur. ut per fidem iu-
ste uiuerent. i. bene operarentur. Et quod bene operamur. iam ac-
cepta gratia. non nobis sed illi tribuendum est. qui per gratiam nos
iustificauit. nam si debitam autem gratiam mercedem uel-
let reddere. penam redderet peccatoribus debitam. uo
quoque blandiaris de meritis. est et reddi mercedem s.
meritum operis audis utique. non sic in opere gratia retri-
buentis. sicut in fide est gratia iustificantis. ix. q.
In sua deo nulli opus dici debitum ex remuneratione
sed operosum est et hoc ipsum quod agere aliquid possumus.
cogitare uel ploqui ipsius dono. et largitione faciamus.

Quid enim scrip
tura dicit?
Credidit abra
am deo et repu
tatum est illi ad i
ticiam. Ei autem
qui operatur
merces non im
putatur secundum
gratiam sed secundum
debitum. Ei
vero qui non operatur
credenti autem in
eum qui iustificat
impium reputa
tur fides eius ad
iusticiam secundum pro
positum gratie dei. Sicut
et dauid dicit. Bea
titudinem hominis
cui deus accepto
fert iusticiam
sine operibus. Beati
quorum remisse sunt

Sequitur. secundum propositum. quasi sine operibus precedentibus iu-
stificatur impius. et hoc secundum propositum gratie dei. i. secundum
gratiam dei propositam omnibus credentibus. vel secundum quod deus longe ante
posuit. Vel ita ab illo loco. Ei autem. et agit contra
eos qui nimis precedentium operum legis. vel quorumlibet di-
cebant se datam esse fidei gratiam. quasi si merces non imputatur se-
cundum gratiam. sed secundum debitum. quasi si est iam non est gratia. Sed iam gratia est.
gratis datur. Quid est gratis datur. nichil boni fecisti. et
datur tibi remissio peccatorum. attenduntur opera tua. et in-
ueniuntur omnia mala. quod autem operibus quod debetur non dampnatio.
Bonus quod debetur. merces. s. regnum celorum. quasi diceret.
abraham ex fide est iustificatus. sed ei qui operatur. illa carnalia
legis opera. vel aliqua bona in gratiam fidei. et iustificationis
meretur. si merces est. ei non imputabitur secundum gratiam. s.
sed debitum. i. non ex gratia. sed ex debito meriti sui. Ei
uero qui non operatur. credenti in eum qui iustificat. i. illi qui non facit
hec carnalia legis opera. sed tamen credit in christum. ut gentili
vel sicut. vel qui non facit quibus bona opera ante fidem. sed tamen credit.
fides eius reputabitur ad iusticiam. i. sufficit ad iusticiam
et ita attribuit aliis quod dixit de abraham. s. quod si est iustificatus
ex operibus habet gloriam. sed non apud deum. sed habet gloriam abraham
apud deum. et non ex fide iustificatus est. Vnde quod ex fide iustifica-
tus est. et hoc est secundum propositum gratie dei. sicut enim decreuit deus ut et
sanctos sine legis fides iustificet. Sed autem ... exemplo
prophete dauid subdens. sicut et cetera. quod dico quod ex gratia est iusticia
et salus. sicut et dauid dicit. Beatitudinem. sed in sinu esse
illius hominis. hominis cui deus accepto. i. acceptabili tempore
hoc est tempore aduentus christi. vel aduerbialiter dicit. accepto. quasi ac-
ceptabiliter. i. gratis fert. et quia impotenti accedere in-
fert iusticiam. i. remissionem et opera bona. et hoc sine operi-
bus precedentibus. Sequitur. Beati quorum. et cetera. Ex posito
sensu uerborum propheticis breuiter exponit ipsa uerba que dauid
dicit his utique uerbis. beati sunt illi quorum iniquitates sine ope-
re et labore penitencie remisse sunt. a deo per baptismum. in quantum
non debet peccatum in corpore mortali et sic et in illis hic
per iniquitates originale peccatum. s. fomes peccati. quod dicitur
concupiscentia. vel concupiscibilitas. siue lex membrorum
siue languor nature. et aliis nominibus. Ista autem concupiscen-
cia. vel concupiscibilitas. quod dicitur fomes peccati. ante bap-
tismum culpa est et pena. post baptismum autem pena est et non
culpa. quod paruulum habilem concupiscere. sed non concu-
piscere facit. Adultum uero et concupiscere quod licet in regenera-
tis tamen non deprimitur in peccatum. quo quisque tunc ex naturaliter
obligatus est originali peccato. Remittitur ergo concupiscen-
cia carnis in baptismate. non ut non sit. sed ut non
imputetur peccatum. hoc est. ut non habeat peccatum. non est reatum
peccati. Secundo nomine alia peccata preterita actualia et uenialia

Ab

Ab

Amb

Amo

Ab

de originali peccato

Ab de imputatis et concupiscentie

Nunc autem sine lege iusticia dei manifestata est. testificata a lege et prophetis. Iusticia autem dei est per fidem ihesu christi in omnes et super omnes qui credunt. Non enim est distinctio. Omnes enim peccaverunt et egent gloria dei. Iustificati gratis per gratiam ipsius

Iustitia quae ex lege non ut Ro.

Aug.

maior est in prevaricatione. qui per legem peccatum novit. et non facit. Quod autem dicit per legem peccati agnitionem. non ideo hoc dicit quod peccatum ante legem prorsus nescirent. Cum enim ioseph accusatus de crimine iussus sit incarcerari. et fratres eius dixerunt digne haec patimur quia peccavimus in fratrem nostrum, ideo dicitur peccatum cognosci per legem. quia quaedam cognita sunt peccata quae ignorabantur esse peccata. et quaedam contemptiora per legem cognita sunt. quae antea putabantur et videbantur omnia non impune futura apud deum per legem cognita sunt. Sequitur. Nunc autem. quia ex operibus legis non fuit olim iusticia. nunc autem id est in hac gratia quae est nunc id est in adventu christi in tempore gratiae. iusticia dei non hominis data est. sine lege id est sine legis adiectione. vel non solum data est sed manifestata est non dubie sed in miraculis scilicet domino cooperante et sermonem confirmante sequentibus signis. Iusticia autem dei dicitur hic non qua ipse iustus est. qui essentialiter iusticia est. sed qua induit impium. quando iustificat de infideli faciens fidelem. ut homines iusti credant. Additur. Iusticia dei est testificata vel testimonium habens a lege et prophetis. quia et lex eam iustis sacramentis figuravit et ipso quod lex prohibet testimonium iusticiae dei. quia in ea nemo iustificatur. Cum enim lex non iustificat impium de prevaricatione convictum. mittit ad iustificantem deum. atque ita perhibet testimonium iusticiae dei. deum iubendo et minando. et neminem iustificando satis indicat dono dei hominem iustificari. et prophetae perhibent testimonium. id est pronunciando quod christus implevit adveniens. Pronunciaverunt enim christum qui factus est nobis sapientia et iusticia et sanctificatio et redemptio. Idcirco autem dei iusticia dicitur quod magis ipse videtur dicenda nostra. quia de promissione originem habet. et est promissum dei reddere. Iusticia dei dicitur. Iusticia enim est. quia et solutum est quod promissum. et est suscipiens confugientes ad se iusticia dei dicitur. quia non suscipere iniquitas est. Sequitur. Iusticia autem. quod dixi iusticiam esse ex deo habentem in lege. iusticia dei est id est haec iustificatio quae iustificatorum a deo est per fidem ihesu christi id est per fidem qua creditur in christum iustificatorem impiorum. quia fides impetrat quod lex imperat. Sicut autem ista fides christi est dicta. non qua credit christus. sic illa iusticia dei. non qua iustus est deus. utrumque enim nostrum est. sed ideo christi et dei dicitur quia eius nobis largitate donatur. Iusticia ergo dei sine lege est. sed non sine lege manifesta. Quomodo enim per legem testificata. si sine lege manifestata. Sed iusticia dei sine lege est. quam deus per spiritum gratiae credenti confert sine adiutorio legis id est non adiutus lege. sed non sine lege ostendit. quia per legem ostendit homini infirmitatem suam. ut ad eius misericordiam per fidem confugiens sanaretur. Ideo quod de sapientia eius dicitur. quod legem et misericordiam in lingua portet. legem scilicet qua reos ostendit.

dat super bonos. misericordiam vero quia iustificat humiliatos. Et ergo iusticia est per fidem christi. Haec autem iusticia venit in omnes et ut magis proprie dicatur super omnes. quia celitus data est. scilicet super omnes iudaeos et gentiles qui credunt in eum. et tunc in omnes. Non enim est distinctio iudaei et gentilis. Omnes enim. tam iudaei quam gentiles peccaverunt. vel in se ipsis. vel in adam. quia si suo peccato non fecerunt. vel quod originaliter attraxerunt malis moribus addiderunt. Peccatum enim primi hominis non solum ipsum sed et omne nocuit genus humanum. quia ex eo dampnationem simul et culpam suscepimus. Peccaverunt ergo omnes. cum ex uno peccatore omnes nascuntur peccatores. et egent adhuc cotidie gloria dei id est iusticia dei non sua. Ideo dicitur gloria dei. quia per hoc deus gloriosius apparet. Omnes ergo peccatores inveniuntur gratia christi. quia solus sine peccato venit. et omnes egent gloria dei id est ut ipse liberet qui potest. non tamen qui liberatore indiget. Hic ergo christi gratia sine qua nec infantes. nec grandes salvi fieri possunt. fit. non meritis redditur. sed gratis datur. propter quod et gratia nominatur. Universa enim massa penas debet. et si omnibus debitum dampnationis supplicium redderetur. non iniuste procul dubio redderetur. Qui ergo inde per gratiam liberantur. non vasa meritorum suorum. sed vasa misericordiae recte nominantur. Cuius ergo agat gratias misericordiae dei quos voluit liberantis. quia recte illos posset iusticia culpatos. universos si vellet dampnantis. Omnes enim peccaverunt. et egent gloria dei id est indulgentia et venia peccatorum. in qua gloriosius apparet deus. et quia omnes peccaverunt. ergo. Iustificati sunt gratis. id est sine meritis precedentibus. et hoc per gratiam ipsius id est per gratuita dona. Gratia quippe dicitur donum dei est. donum autem maximum ipse spiritus sanctus est. Non ergo iustificati sunt per legem non per propriam voluntatem. sed per gratiam christi. non quod sine voluntate nostra fiat. sed voluntas nostra ostenditur infirma per legem. ut sanet gratia voluntatem. et sana voluntas impleat legem. non constituta sub lege. non indigens lege. Ipsa est ergo gratia quae iustificat impium id est fit iustus qui prius erat impius. et non precipiendo huius gratiae merita ulla precedunt. quia merita impii non gratia sed pena debentur. nec ista esset gratia si non daretur gratuita. datur autem gratuita. quia nichil boni ante fecimus. sed multa mala. quia nichil possideat iniustus suis. nisi unde dampnari debeamus. Ideo venit ergo non merita bonorum. sed merita suppliciorum. Ergo iustificati sunt gratis. quia nil operati erant. per gratiam ipsius. quia fide iustificati sunt. et precipue per redemptionem. quae est nobis in christo ihesu. Unusquisque alibi id est per precium datum pro nobis a christo ihesu. de quo petrus ait. quia non corruptibilibus argento vel auro redempti estis. sed precioso sanguine unigeniti filii dei nempe. ut iustificarentur homines. divina gratia. Unitas de maria nata est. ut posset pro illis iustificandis offerre sacrificium passionis et crucis. non enim a nobis sumere carnem mortalem. christe mori non posset. Notandum

Aug.

Ad. Amb.

Aug.

Ad.

Amb.

Amb. contra pelagianos

Ad.

Amb.

Aug.

Ad. de spiritu et littera

per redemptionem que est in Christo Jhesu, quem proposuit Deus propitiatorem per fidem in sanguine ipsius ad ostensionem iusticie sue propter remissionem precedentium delictorum in sustentatione Dei, ad ostensionem iusticie eius in hoc tempore, ut sit ipse iustus et iustificans eum qui ex fide est Jhesu Christi. Ubi est ergo gloriatio tua? Exclusa est. Per quam legem? factorum? Non. Sed per legem fidei.

...quia recte dicitur redemisse nos, non emisse. Ipsius enim ante per naturam fueramus, sed nostris delictis alienati fuimus. Si igitur ad peccata non redeamus, fructuosa erit nobis redemptio Christi, que est Christus. Deus pater proposuit, id est longe ante disposuit, vel proposuit, id est palam omnibus posuit propitiatorem, id est mediatorem et reconciliatorem. Et hoc per fidem in sanguine ipsius, id est per fidem passionis sue, quia nichil placet deo sine fide. Vel per fidem et in sanguine ipsius, id est per fidem et passionem. [illegible]

[illegible]

[illegible]

faciamus mala ut
ueniant bona quorum
dampnatio iusta est.
Quid igitur precellimus
eos? Nequaquam.
Causati enim sumus
iudeos atque grecos omnes
sub peccato esse. sicut scrip
tum est quia non est iustus
non est intelligens. non est re
quirens deum. Om
nes declinauerunt
simul inutiles
facti sunt non
est qui faciat bo
num non est usque
ad unum. Se
pulchrum pa
tens est guttur
eorum linguis
suis dolose age
bant uenenum
aspidum sub
labiis eorum.

[illegible]

tes, scilicet malum in corde cogitantes, quia venenum aspidum, id est odium insanabile erat sub labiis eorum, id est sub corde eorum, quia sicut hominum verba inviscata sunt ... locuntur ut decipiant. Vel sic plabia serpentis perceptionum venenum est infusum, ita in plabia eorum dolus et deceptio. Quorum os plenum est, habundanter maledictione, id est his maledicens ut demonum hostes, et amaritudine, id est amarissimis, et pedes, id est affectus eorum sunt veloces ad effundendum sanguinem Christi et suorum, qui homicide sunt ex deliberatione, ad bonum segnes, ad parricidium sunt veloces. Sed non erit eis haec pena, quia Contritio, id est temporalis pena, et infelicitas, id est eterna dampnatio erit in viis, id est operibus eorum, id est pro actibus suis malis veniet eis contritio et infelicitas. Talia enim faciunt, unde contigerit in hoc seculo per Titum et Vespasianum, et in futuro erunt infelices, punitur anima et corpore. Et ideo, quia viam pacis, id est Christum non cognoverunt. Vel viam ... belli pungentem, viam pacis ignorant, id est Christum, per quem est pax multa diligentibus nomen domini. Non enim timor dei eos retrahit a malo, quia non est timor dei ante oculos eorum. Nec habent dei timorem, quod est initium sapientie. De his dicit Ieremias: Tunc omnes surrexerunt in prophetam domini, volentes occidere eum, et subiecit: Omnis autem populus non permisit illos. Sed quomodo videtur quod omnes insurrexisse dixit, et omnem populum non permisisse? Omnes ergo dixit insurrexisse, scilicet malos, et omnem populum non permisisse, scilicet bonos. Et hoc ideo quod dicit: Omnes declinaverunt totum pertinet plebem significans, scilicet aliam partem plebis. Sed et duo populi sunt in una plebe. Hic enim est populus quem increpat dominus dicens sub nomine Ierusalem: que occidis prophetas etc. Generatio mala et adultera, de qua Ysaias ait: Ve genti peccatrici, semini nequam etc. Sequitur. Scimus autem etc. Ostendit iudeos ante gratiam fuisse sub peccato auctoritate scripture dicto. Sed ne iudei auctoritatis verba invertant, et alio detorquerent, ait: Scimus etc., quasi diceret: Hec dixi, dico. Nos autem scimus quoniam quecumque lex loquitur, loquitur his qui in lege sunt, supple, et de his qui in lege sunt. Lex aliquando appellatur generaliter vetus testamentum, aliquando pro parte veteris testamenti accipitur, sicut ibi: Aperuit dominus discipulis sensum ut que de eo scripta erant intelligerent in lege et prophetis et psalmis. Nonnunquam et psalmi lex vocantur, sicut dominus ait: In lege vestra scriptum est: Ego dixi dii estis et filii excelsi. Et alibi: Ut impleatur sermo qui in lege eorum scriptus est, quia odio habuerunt me gratis. Et hic psalmum dicit lex, id est nomine legis intelli-

Aimo | OR | Amb | ab | Aimo

Quorum os maledictione et amaritudine plenum est. Veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem. Contritio et infelicitas in viis eorum, et viam pacis non cognoverunt. Non est timor dei ante oculos eorum. Scimus autem quoniam quecumque lex loquitur his qui in lege sunt loquitur, ut omne os obstruatur et subditus fiat omnis mundus deo. Quia ex operibus legis non iustificabitur omnis caro coram illo. Per legem enim cognitio peccati.

gitur, quia informatur. Vel ergo ostendit apostolus ea que supra dixit de psalmo pertinere ad quos superbia constringenda erat, dixit: Scimus quoniam quecumque lex loquitur, in isto loco, id est psalmi, his loquitur qui in lege sunt, id est iudeis legem habentibus, ut ita de ore iudeorum obstruatur a sua gloria, et omnis mundus, id est omnis homo, scilicet non tantum gentilis sine lege vivens de impietate, sed et iudeus reus de legis transgressione, fiat subditus deo, totum ei tribuens, quia omnes peccatores sunt inventi, et gratia sunt salvati non meritis. Sequitur. Quia ex operibus etc. Hic incipit agere plenius de lege, ut ostendat iustitiam non esse ex ea, quasi dicat: Dico ut omnis mundus sit subditus deo, quod debet, quia certum est quod ex operibus legis non iustificabitur coram illo, scilicet deo, etsi coram hominibus, omnis homo, est caro, id est carnalis homo, id est omnes carnaliter viventes, et ideo illi qui cum sub lege essent Christum crucifixerunt, non quia iusti erant, sed ut iustificarentur venerunt ad gratiam fidei. Destruitur autem hec superbia glorians de operibus legis, ne gratia fidei videretur non esse necessaria, si et opera legis iustificare crederentur. Opera autem legis dicuntur que cum lege instituta et initiata sunt, ut erant cerimonialia et figurata, que nunquam valuerunt conscientiam mundare, etsi essent caritate et devotione fierent. Si vero queritur quare ista sunt in caritate non iustificarent, sicut nunc opera que facimus in caritate iustificant, respondemus quia illa non fuerunt instituta in iustificationem, sed in futurorum significationem et peccati infirmitatis ostensionem. Ex illis ergo nemo iustificabitur coram illo, scilicet deo, qui intima videt, scilicet interius ex amore iustitie quod agatur vel timore pene, quod non vident homines. Hic videtur queri utrum Moyses, David et alii boni ex lege non fuerint iustificati. Ad quod dicitur: Fuerunt quidem iusti, sed non ex operibus legis. Unde Petrus ait: Quid temptatis imponere iugum etc. Sicut ergo nos salvamur non nisi per fidem Christi, sic et illi salvabantur. Igitur non ex operibus, quia lex non venit peccata tollere, sed ostendere et punire. Decrevit enim deus per sacramentum misterii sui, quia in Christo est homines iustificari, non per legem, quia lex non iustificat apud deum, sed fides. De lege autem loquitur tunc, scilicet cerimonialia ut dictum est, non secundum moralia que iam quoque iustificant, et in evangelio confirmantur. Sequitur. Per legem enim, quasi dicat: Vere ex lege non est iustitia, quia per legem tantum est cognitio peccati, non consumptio. Si ergo cognoscitur et non cavetur, prevaricatio est, et ita ira et pena debetur. Cavere autem non potest homo peccatum, si non adiuvet gratia, ut cognitum caveatur. Ita sine dubio lex iram operatur, sicut in sequenti dicitur. Quod ideo dicitur, quia ira dei

Aimo | iudeos | Ac de spiritu et littera | Aimo | Au | Aug de spiritu et littera | Ad | Au | Aimo hic opponit | Attende | Amb | Ac de gratia et libero arbitrio

et apud deum acceptio personarum. et cum itaque tenent ut dicit
quod iudeus carnalis sit gentili et gentilis spiritualis sit nec iudeus. Ideoque
nec obicit quod iudei credebant posse obici ut solvat. scilicet quod dignitas sit
iudeo. sed secundum priorem statum. maior quam gentili. quasi dicat quamquam iudeus
sit gentili et circumcisio quod amplius. Secundum priorem statum est in
deo de lege vel de legalibus observantiis. quod dicit ipsis per ruha
vis dei. quam gentili quod dicit causis iudeus. aut que est ei utilitas
circumcisionis. id est quod consecutum est de circumcisione. Ad hoc respondet.
valuit quod olim scilicet non ideo digniores sunt in fide. et hoc est
quod ait. Multum plus est iudeo secundum priorem statum quam
gentili et hoc per omnem modum. Omnis modus est vel in administratione
temporalium vel in investitione spiritualium. In quo utroque multa iudeis
fecit que non gentibus. ita secundum priorem statum digniores fue-
runt. Secundum. Primum quidem. Primitus est apostolus de muneribus
id est de temporalibus exemplum de precipuis ponit. id est de spiritualibus scilicet de
eloquiis dei. quasi dicat ut alia munera de temporalibus pretermittam. hoc pri-
mum id est precipuum quod pono. scilicet de eloquiis quod firmum est iudeis
scilicet quia eloquia dei id est lex et prophetie sunt credita illis. ut amicis
per quod intelligerent de futura redemptione que promissa erat sibi per christum.
Cumque multa sugg. apostolus que ad honorificentiam pertinent. semi-
nis abrahe. hoc tamen solum apte memorat. quia maxime
laus eorum est. ut legem per quam addiscerent rectum a primo dis-
cernere. digni iudicarentur accipere. et non plus iudeis est secundum
statum priorem quam gentibus. Sed diceres non ideo plus sunt quia
non crediderunt eloquiis ut christum promissum redemptorem reciperent
quidam eorum. ad quod respondet dicens. Quid enim etc.
quasi. si non crediderunt quidam. non tamen ideo numquid perierunt credentes. Quid
enim obsunt credentibus si quidam illorum non crediderunt. Non ideo mi-
nus firmum est credentibus. Item aliter. et si quidam non crediderunt. non ideo fides
evacuata est. et hoc est. Numquid incredulitas eorum evacuavit
id est inexpletam fecit fidem dei. Absit quod evacuata sit fides dei
dicit. vel quod quidam iudeorum crediderunt deo. vel exhibitionem eius boni
quod deus hominibus promiserat. Quorumdam autem infidelitas non efficit
ut quidam ad fidem christi non accederent. vel ut deus promissionem suam cre-
dentibus non impleret. id est non efficit quin aliqui iudeorum sint fi-
deles deo credendo in christum vel deus non sit fidelis in promissis
illis qui crediderunt. Non enim quia alii credere noluerunt. ideo prohibi-
cabuntur ceteri iudei. ne digni iudicentur accipere quod promisit
deus fidelibus. quippe est sic facta sit promissio ut credentibus presta-
ret. Sed autem firmaret apostolus quod supra dixit. scilicet quia deus in promissione
sua fidelis est subdit. Absit. Est autem deus verax etc.
quasi incredulitas illorum evacuavit fidem dei. sed potius deus verax
est. id est implens promissa. Omnis autem homo mendax. ex se et iudeus
et ita indignus est promissione. Ideo dicit ne dignior iudeus iu-
dicetur in novo statu quam gentilis. Hic ubi apostolus monstrat. et
deum esse veracem. quod pertinet ad fidelium confirmationem. et hominem
esse mendacem. quod pertinet ad hominis indignitatem. Sed autem scilicet omnis

aut que u-
tilitas circum-
cisionis.
Multum per
omnem mo-
dum. Primum
quidem.
quia cre-
dita sunt
illis eloqui-
a dei. Quid
enim si qui-
dam eorum
non credide-
runt. Numquid
incredulitas
eorum fidem dei
evacuavit.
Absit. Est
autem deus verax.
omnis homo mendax.
Sicut scriptum est.
ut iustifice-
ris in
sermonibus;

homo mendax. Ideo addit apostolus ut appareat promis-
sionem dei firmam esse et completam. non propter aliquam hominis dig-
nitatem. sed propter misericordiam dei. ut gratia dei de indignis et
commendabilior sit gratia dei. Deus autem dicitur verax id est in-
variabilis tam in essentia quam in promissione. Homo mendax
dicitur id est mutabilis tum esse nature in qua conditus est et per
peccata diffluens. homo enim est et fallere et falli. quem quia
et nature imbecillitas facit esse mutabilem et natura
enim quod fallitur non absurde dicitur mendax. dicit apostolus quem
in sermone est immutabilis perseverat. Vel omnis homo men-
dax scilicet qui non credit quod promisit deus qui negat deum
implesse promissa. hoc fuit maxime iudeus qui dif-
fidens de promissis dei mendax est. et omnis mendacem pronunci-
at quod promissis ei non credit. quamvis deus credat promis-
sis et est sensus utrumque sint tales. Omnis homo mendax est contra-
dicens promissionibus dei. Vel omnis homo in quantum a se ipso
est mendax est id est labilis in essentia et per peccata diffluens.
Quod autem verax deus sit prophetico exemplo confirmat sub-
dens sicut scriptum est. quasi dicat deus verax est sicut scriptum est
in david. Ut iustificeris in sermonibus etc. id est
quasi dicat. Ego peccavi et malum feci in adulterio et homi-
cidio. ut tu o deus mittendo filium de stirpe mea
sicut promisisti in sermonibus tuis iustificeris id est iu-
stus de promissione filii id est iustus esse et ex sola iusti-
cia non meis meritis complesse quibus vincas imple-
do promissa. cum iudicaris a perfidis non debere implere
promissa propter mea peccata id est non mittere filium de stirpe
mea. david enim propter quod factus est adulter et homicida uxorem
urie accipiendo et illum gladio filiorum amon oc-
cidendo dicebant iudei vacua effici promissio
dei que facta est david. scilicet quod ex semine eius christus nasciturus
sit. quia non nasceretur christus de homicida et adultero sed falsum
erat quod sibi pollicitum asserebat. Deus autem verax est.
quia misit christum de semine david sicut promisit. et sic
vincet cum iudicatur. qui dat quod dare negatur. et quod dat
quod iudicatur non dare. vincet ostendens se veracem. il-
lum autem mendacem esse qui non credit sibi eius et cetera. ut consecutivum
non affectivum vel causativum. Vel ita ut sit ut causativum et
respice ad illud quod david post dixerat. A peccato meo mun-
da me domine. quasi dicat munda me ut iustificeris
id est iustus et verax comproberis in sermonibus tuis quibus
spem de venia ingemiscentibus. Dixisti enim quacumque ho-
ra peccator ingemuerit. omnium iniquitatum eius non recor-
dabor amplius. et vincas indulgentiam peccati mihi
dando cum iudicaris ab hominibus veniam non dare.
Dicebant enim quidam david a deo graviter deliquisse quod pec-
catorum veniam non posset habere. quos deus mendaces

ostenditur. et se iacentem exhibuit. quem ei induisse
uel ut respiciat ad illud quod dicitur: tibi soli peccavi. quasi dicat:
et non solum dico me peccasse. qui iudex quoniam homines non
iudicent. quia et adeo iustus es. ut dicam ego et omnis pecca-
tor. tu solus iustificeris. id est iustus appareas in
omnibus sermonibus tuis. id est in omnibus promissis tuis. et vincas
id est superes omnis iniustitia cum iudicaris. id est cum aliis in
iudicio comparaveris. tamen et verax est deus. ut velut ho-
minem comparari sentias. unde per ysaiam ait: iudicate inter
me et vineam meam. Comparat enim deus in iudicio homi-
nem comparatus. invenientur enim dedisse homini omnia a se [illegible] omnia
[illegible] que ad virtutes [illegible] possit. et progredi. insuper
[illegible] inservire. quia agnosceret quod deberet age-
re. [illegible] accepturus. homo neglexit et virtutum
mercede cum ex deo [illegible] desit. ipse non invenit de-
fuisse his. quia a deo data sunt. [illegible] talem in
iudicio deus vincet. et iustificari in verbis suis. uel sic:
tibi soli peccavi. quia adeo iustus es. ut iustifi-
ceris. id est verax comproberis in omnibus sermonibus tuis. So-
lus enim verax [illegible] homines per omnia [illegible] potuit. homo deus. et
adeo iustus es. ut vincas. id est superes omnes homines
iustitia. cum. id est quamvis iniuste iudicaris a
iudeis. iustus enim iudex a peccatoribus iudicatus est
iniuste. et in eo tamen id est iustitia vincit omnes homines
hunc itaque [illegible] peccatum [illegible] dicit david. tibi so-
li peccavi. quia adeo iustus es. ut iustifi. id est [illegible]
[illegible] est enim quasi superas omnes iudices iustitia
qui solus iuste iudicas. iniuste iudicaris. uel
aliter [illegible] potest dici: et vincas cum iu.
quasi dicat: talis es. ut iustificeris in sermonibus. et talis
ut vi. cum iu. id est [illegible] iudicaris a pilato et iudeis.
Vincet enim homo deus qui iudicatus est [illegible] humanitatem
deus ei nomen quod est super omne nomen. hic sensus perti-
net ad superius argumentum. id est ad suppositam demon-
strationem. scilicet ad probandum quod deus sit verax. sed est addi-
tum ex habundanti. Sequitur. Si autem iniquitas
nostra commendat iustitiam dei et cetera. Ostendit hic sensus quod
ex verbis david prophete. quibus ipse dixit peccavi. ut iustificeris
iniuste [illegible] a carnalibus. cum divine iusti-
ficationis nostra peccata fore intellegerent. [illegible] quidam qui
dicebant deum velle nos peccare. ideo ut comparatione
nostri. iustus appareret. et ideo peccata nobis dimitte-
ret. quia misericors sic pateficeret. dicebant et eum
velle nos mentiri. ut ipse solus verax inveniretur.
quasi si ita esset. iniuste ab illo dampnarentur. qui [illegible] illos
tales loquitur hic apostolus. quia non est hic sensus in verbis prophete
sed maliciologorum hominum perversa interpretatione ex

tuis: et vincas cum
iudicaris. Si
autem iniquitas
nostra dei iustitiam
commendat, quid di-
cemus? Numquid
iniquus est deus qui in-
fert iram? Secundum
hominem dico.
Absit. Alio-
quin quomodo iudi-
cabit deus hunc
mundum?
Si enim veritas
dei in meo men-
dacio habun-
davit in gloriam
ipsius, quid adhuc
et ego tamquam
peccator iudi-
cor? Et non sicut
blasphemamur
et sicut aiunt
nos quidam dicere

torqueretur. asserentium quod peccata hominum iacturam
sed dei iustificationi proficiant. et quod mala nostra iustus apparet
et iniustitia nostra iustitiam illius ostendat. dixit enim supra
quod verax est deus. et omnis homo mendax. et quod indignis dat bo-
na. in quo apparet commendabilior ei gratia et iustitia. unde
carnales dicebant deum [illegible] mala [illegible] ad gloriam
suam. eo quod dedit [illegible] ut dicat deum iniquum qui peccata puniat
que sibi proficiunt. Si enim iniustitia nostra [illegible] sine dubio iniquus
est. si dampnat peccantem. quod removet apostolus hic dicens:
Si autem. quasi dicat: deus est verax. et omnis homo est mendax. cum
indignis deus dat bona. in quo apparet commendabilior
ei gratia et iustitia. si autem hoc est. et ita iniquitas nostra commen-
dat iustitiam dei. id est laudabilem facit iustitiam et sanctita-
tem dei. quid dicemus. id est ex hoc quid sequi videtur. Numquid in-
iquus est deus. qui propter peccata infert iram. id est vindictam. id est condemp-
nationem. [illegible] hoc loco apostolus per comparationem
positum. [illegible] deus [illegible] auctor non est. id est iniquitatis
quam per deus punit non facit. et est sensus. si nostra iniquitas dei
laudabilem facit. et quanto amplius peccamus tanto eis placi-
tum [illegible] et tanto amplius iustitia eius et sanctitas est
et et apparet. iniquus est deus. inferendo vindictam pro malis
que vult ut faciamus. si enim vult ut peccemus. ut quidam
stultorum dicunt. ergo quando dampnat hominem peccantem iniquus est. Sed
numquid deus iniquus est. qui infert iram [illegible] iniquus [illegible] quibusdam
Si absit. ut sit iniquus deus. et quod nostra iniquitas commendet
illum. Si enim commendaret illum. ipse non iudicaret. quia iustus
est. et quia hoc non est. quod deus sit iniquus. uel quod nostra iniquitas deum
commendet. addit apostolus. Secundum hominem dico. id est secundum intel-
ligentiam carnalis hominis. qui hic quod carnalium est [illegible]
et certare. et falli. et fallere. sed deus immutabilis perseverat
[illegible] non amare que fecit. non enim vult nos peccare. et quod [illegible]
est. ideo infert iram peccatis. Cum ergo peccatori iusta pena red-
ditur non est iniquitas sed iustitia apud deum. Quomodo enim ex hoc
iniustus videbitur deus. qui adversatur iniustitie. Inducit
enim iram hominibus pro eo quod in semet ipsis locum iustitie debe-
rent. Non ergo iniustus videbitur deus. quod est ipsa iustitia et [illegible]
ad [illegible] iustitiam. Cum enim nec decet esse [illegible] sed super-
nam ita hic et in homines qui se iniustos iniustitie cum
deus [illegible] probuerit. non est ergo deus iniquus. Alioquin id est non
hoc est. quod non iniquus est deus. quomodo iudicabit deus hunc mundum.
qui non potest esse iustus iudex. quomodo ergo iudicabit si iniquus est
qui male bonis. scilicet dans mala et malis bona. Sequitur.
Si enim veritas dei et cetera. Interiecta ratione iniquitatis
dei. id est imposita demonstratione qua ostenditur quod deus non est iniquus.
non apparet ubi [illegible] eo quod dictum est sensum accipi-
endum. redit apostolus ad probationem carnalium intentus probare.
quod si deus punit malos iniquus est. quasi dicat. Vere si

gratiam et fidem que renovat naturalem imaginem dei in homine sopitam. Sine qua renovatione male operatur, quia conscientia dampnatur accusante eum conscientia. Quasi diceret: tunc factores iustificabuntur. Cum enim gentes. Id est, cum enim gentes que legem scriptam non habent naturaliter ea que legis sunt faciunt, id est ratione illuminata per gratiam discernunt facienda et vitanda que facere lex, vel faciunt ea que legis sunt, scilicet credentes in Christum. Et iudeus quoniam cum legem non habent, id est scriptam, ipsi sibi sunt lex, id est valent eis legem. Qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis, id est certi sunt instinctu rationis eorum, dum illa opera laudantur que lex iubet, illa dampnantur que lex prohibet. Vel opus legis est fides, que utique habent in cordibus, id est in intimo affectu. Non fides per dilectionem operatur, que est quasi exhibet deo. In iudicio ostendunt semetipsum legem esse sibi, qui quod mandat lex faciunt, scilicet ut credant in Christum. Sequitur. Testimonium reddente illis conscientia ipsorum, et inter se invicem cogitationum accusantium aut etiam defendentium. Quasi diceret: opus legis habent scriptum in cordibus, unde ipsi testes erunt sibi in futuro boni vel mali, id est non scientes in futuro dampnari vel salvari; et hoc est naturaliter faciunt ea que legis sunt. Conscientia ipsorum testis est salutis vel dampnationis, ubi aliquis non videatur. Et non solum conscientia ipsorum, sed et conscientia cogitationum malarum et bonarum, id est cogitationum invicem accusantium eos, id est hoc de non credentibus, aut etiam defendentium, hoc dicit de credentibus. Non credentes, id est accusabunt cogitationes male credentes, non defendent bone, et hoc inter se, quia ille illos accusabit, iste hos defendet. Vel sunt hi genitivi pro ablativis more grecorum, qui ablativis carent. Unde in libris quorundam pro ablativis scriptum reperitur sic: et inter se cogitationibus invicem accusantibus aut etiam defendentibus. Reddet autem eis testimonium conscientia in die iudicii futuri, cum iudicabit deus occulta hominum, et ea que hic non occulta sunt iudicabit, dico per Iesum Christum, quod verum est certum secundum evangelium meum. Sciendum autem quod in illa die cogitationes accusabunt animas vel defendent, non utique ille cogitationes que tunc erunt, sed iste que nunc sunt in nobis, quarum noticiam quandam et vestigia relinquunt in corde nostro velut cicatrices, que in occulto pectoris nunc posita in illa die revelari debent per Iesum Christum, quia pater neminem iudicat, sed omne iudicium dedit filio. Et hoc secundum evangelium Pauli, id est quod Paulus annuntiat. Sequitur. Si autem iudeus tu cognominaris.

defendentium in die cum iudicabit deus occulta hominum secundum evangelium meum per Iesum Christum. Si autem tu iudeus cognominaris et requiescis in lege et gloriaris in deo et nosti voluntatem eius et probas utiliora instructus per legem, confidis te ipsum ducem esse cecorum, lumen eorum qui in tenebris sunt, eruditorem insipientium, magistrum infantium, habentem formam scientie et veritatis in lege. Qui ergo alium doces te ipsum non doces. Qui predicas non furandum furaris. Qui dicis non mechandum mecharis. Qui abhominaris ydolum sacrilegium facis. Qui in lege gloriaris per prevaricationem legis deum inhonoras. Nomen enim dei per vos blas

ris, id est. Vel ita: iam iudeus cognominaris. Ab hinc iudeos specialiter aggreditur, quorum accusans eos de preteritis eorum, quorum plura habent auxilia. Quasi diceret: gentiles licet tamen non legem, tu autem iudee pluribus habes, qui cognominatus iudeus a Iuda patriarcha, quia ex cognatione hoc nomen tibi venit, et requiescis in lege, non vagaris erroribus ceterorum, quod debeas observare, sicut vagantur illi qui sine lege, et gloriaris in deo, id est de cognitione dei, et nosti voluntatem eius de redemptione humani generis, quam tibi per prophetas nuntiavit, et probas utiliora, id est de utilibus utiliora scis eligere, quia es instructus per legem, et confidis te ipsum ducem esse cecorum, id est non intelligentium, et confidis te esse lumen eorum qui in tenebris sunt, id est confidis quod tu illuminare potes eos qui in tenebris sunt cecos, et in tenebris existentes, dicit gentiles, qui ratione privati ceci sunt, et sic quod sequitur: in tenebris sunt. Et confidis te esse eruditorem insipientium, id est iudeorum nondum provectorum, et magistrum infantium, id est iudeorum qui de lege adhuc discere nesciunt, et confidis te esse habentem formam, id est perfectionem scientie in lege, et non tamen scientie sed et veritatis, ut aliis exemplum scientie legis sis et veritatis, non sine ea utique posuit, scilicet scientie et veritatis. Vel quidam enim scientiam et intellectum alicuius libri habent et ita sentiunt sicut auctor ipse sensit, non tamen habent in veritate, quia nesciunt quomodo sit verum, non et esse verum, sed iudeus iactat se habere sensum legis et scire verum esse illum sensum legis, ita ut aliis scire volentibus sit exemplar. Et hec omnia habeas iudee. Qui ergo alium doces et te ipsum non doces. Vel si super in lege est, scilicet hec leges ita que hic et illa hic, et si ista omnia habes, qui ergo alium doces et te ipsum non doces. Et qui predicas non furandum, sicut lex dicit, et furaris sensum, scilicet de Christo in lege. Et qui dicis non esse mechandum mecharis, id est veritatem Christi de lege tollis et mendacium ponis, et hoc facis. Et qui abhominaris ydola sacrilegium facis, cultum dei dando ydolis, quod sepe fecerunt iudei, vel sacrilegium facis Christum negando, et hoc facis. Et tu qui in lege gloriaris per prevaricationem legis, id est quia sensum legis qui est de incarnatione et divinitate Christi preteris, deum inhonoras, id est causa es quare alii inhonorent deum, et hoc. Nomen enim dei hodie blasphematur per vos inter gentes, de testimonio quod pater dedit de filio suo non re

Aimo

cipitis in quo patri detrahitur. quia in christo pater blasphematur. sicut ipse ait. Qui me recipit non me solum recipit. sed eum qui me misit. Et ideo inter gentes blasphematur nomen dei per iudeos. quia credentibus gentibus iudei suadere nitebantur christum non esse dicendum deum. Et nota quod verba Ezechielis prophete inducit apostolus pro suis. quia Ezechiel ad iudeos sui temporis hoc dicebat. nomen dei blasphematur per vos inter gentes. quia olim gentes non audiebant iudeos. sed traditos pro noxiis suis. et idolis suis dabant gloriam de victoria. quia iudeorum deum vicissent in iudeis. Et quod alii non sunt verba scripserunt apostolus ostendit dicens. Sicut scriptum est. in Ezechiele de contemporaneis suis. secundum cassiodorum.

Circumcisio quidem prodest si legem observes. etc. Ostendit supra legem non iuvare eos ad obtinendam iustitiam. et nunc. tamen ostendit circumcisionem non iuvare. quasi dicat. et iudei sint tales. o iudee. circumcisio quidem prodest tibi. quia es de genere abraham. si tamen legem observes. id est spiritualiter custodias. ut christo credas quem lex promisit. ut deponas omnia terrena. ut cor circumcidas. prodest quia adiuta spiritualiter. et hec et alia sacramenta legis intelligenti. quia obediendo deo facit ei signum veritatis. ut pie gaudeat. et spirituali suavitate veritatem contemplans in christum credat. Sed de iudei cum ipso littera legis sectantur sub timore dei custodiret. ¶ Queritur autem quomodo hic dicat circumcisionem prodesse. cum in sequenti dicat. si circumcidamini. christus vobis nichil proderit. Ad quod respondendum hic dici secundum statum dicti eorum temporum. ibi vero secundum statum veteris legis. olim profuit circumcisio. sed non profuit ad salutem sine spirituali legis observantia. tamen hic ait. tempore autem gratie. postquam exhibita est veritas. non tantum non prodest. sed et obest. Unde in sequentibus dicit. si circumcidamini etc. secundum cassiodorum. Si autem prevaricator legis es. etc. quasi dicat. non prodest circumcisio si legem observes. si autem prevaricator legis es. id est si non imples quod circumcisio exigit. scilicet ut credas in christum. circumcisio tua carnalis facta est preputium. id est non plus valet quam preputium. Verum agitur vis iure verus subditur. Si igitur etc. quasi dicat. et quia circumcisio tua o iudee sit preputium si legem preteris quod si preputium. id est gentiles quilibet. custodiat iustitias legis. id est mandatum per quod iustificatur homo. et fidem etc. quia lex ad iustificationem necessarium docuit. quam ipsa dare non potuit. nonne preputium

phematur inter gentes sicut scriptum est. Circumcisio quidem prodest si legem observes. Si autem prevaricator legis sis circumcisio tua preputium facta est. Si igitur preputium iustitias legis custodiat. nonne preputium illius in circumcisionem reputabitur? Et iudicabit quod ex natura est preputium legem consummans te qui per litteram et circumcisionem prevaricator legis es. Non enim qui in manifesto iudeus est. neque que in manifesto in carne est circumcisio. sed qui in abscondito iudeus est. et circumcisio cordis in spiritu non littera cuius laus non ex hominibus sed ex deo est. Quid ergo amplius est iudeo

cium illius reputabitur in circumcisionem. ut sit filius habrae qui est pater fidei. quasi nemo potest hoc negare. Et iudicabit preputium. id est gentilis consummans. id est perficiens legem. credendo in christum. in lege promissum. quod est ex natura illuminata. et adiuta per gratiam. dico perficiens legem. nonne iudicabit te. o iudee. quia quamvis doctus sis per litteram. id est per scriptam legem. et circumcisionem. que est signum deponendi vitiorum. tamen prevaricator legis es. id est nonne comparatione sui te damnabilem ostendit. quia non per naturam. neque per legem neque per circumcisionem novit quasi ille novit per fidem. id est christum. quasi damnabit utique. Unde patet quod lex non iuvat. Videtur quod in presenti loco preputium dicit gentes. que in preputio carnis ad fidem christi venerunt. quas legem spiritualem servantes comparat in presenti iudeis. que per litteram et circumcisionem carnis prevaricatores sunt legis. quos iudicando ab aliis dicit. Sequitur. Ratione. etc. quasi dicat. bene potest fieri iudeus gentilis. et gentilis iudeus. sicut dictum est. Non enim qui in manifesto iudeus est. id est non in nomine et natione. et qui labiis confitetur corde est remotus. Iudeus. id est verus confitens. qui id est vere credit et recte confitetur. verus iudeus est. neque illa vera est circumcisio que in manifesto est. id est que manu facta est. in carne. id est in ablatione carnis. sed ille est vere iudeus qui est iudeus in abscondito. in abscondito cordis. id est qui ex corde confitens. et illa est vera circumcisio. que est circumcisio. id est mundatio cordis. ipsa dico facta in spiritu. id est per spiritum sanctum. id est non littera. id est non lapideis cultris. ut littera legis in figura docebat. cuius circumcisionis laus. id est que circumcisio laudabilis vere. non ex hominibus est. sed ex deo est. id est ex gratia dei. circumcisio vero cordis est que purgat animam et vitiorum maculas abscidit. Ideo que talis circumcisio non ex hominibus est. sed ex deo. que illicita concupiscentia amputatur. quia non fit littera docente et minante. sed spiritu adiuvante et subsequente. Vel ita. cuius hominis laus. scilicet illius qui in occulto est iudeus et circumcisus. non ex hominibus. id est iudeis qui terrena sapiunt. et in carne gloriantur. sed ex deo est. laudatur. id est deus credentem. non in carne circumcisum. Iudeorum laus ex hominibus est. quia si faciunt quod lex iubet. non spiritu faciunt timore pene. non amore iustitie. quia sunt in carne iudei. in corde pagani. et unde manifestum est coram deo. quia apparet coram homine. Vel non in spiritu gloriatur. hic laus a deo est. spiritu. id est corde. per quod placet deo. et ille vere beatus est. qui in conspectu dei iustus est. secundum cassiodorum. Quid ergo amplius est iudeo. etc. Huiusque demonstravit apostolus quod non

Aimo

OK

OK

Aimo in epistola de

Aimo in epistola depositis ad corinthios

Capitulum 3

secundum opera reddet. id est iuste retribuat. cum pro temporali o
pere peccati perpetuo puniat. Ad quod respondetur sic. ad
districti iudicis iusticiam pertinet. ut numquam careant
supplicio quorum mens in hac uita numquam uoluit ca
rere peccato. et iustis dei iniqui cum nichil ultionis qui quam
diu ualuit hic noluit cessare criminis. Postremo
querit. utrum mala uoluntas. atque conscientia reprobi
in gehenna puniatur. sicut peccatum. uel tantum pena. et si pec
catum est. utrum pro illud mereatur penam. Ad quod dicimus. post hanc
uitam non esse tempus merendi. sed recipiendi. et nullus iam me
retur. nisi dum in corpore est. sicut in consequentibus epistolarum locis le
gitur. ideo quidam concedunt. malam illam uoluntatem que est
in reprobis. post hanc uitam peccatum esse. id est culpam simul
et penam. sed per eam nichil mereri. sicut bona uoluntas in
electis bonum quod et gloriosa remuneratio. sed per eam nil
meretur. Alii uero dicunt illam malam uoluntatem tantum penam
esse et non culpam. Si enim inquiunt culpa esset. et puniretur non tunc
esset impunita remaneret. et ita non nullum peccatum impu
nitum relinquit deus. et auctoritas dicat. nullum malum
impunitum. et nullum bonum irremuneratum. Ad quod alii
respondent illud accipiendum fore de commissis in hac p
senti. sed tamen illud impunitum concedunt. quia mala illa
uoluntas non tamen culpa tantum et pena est. Venit ex
quo apostolus quomodo reddat singulis secundum opera sic dicens.
his quidem qui sunt boni operis secundum pacientiam dei. id est qui
bene usi paciencia dei operantur bona. reddet gloriam. quia
fulgebunt ut sol in regno patris sui. et honorem. quia ad
dexteram dei sedebunt. et incorruptionem. quia habebunt
permanebunt sine fine. Ideo adiecit. ut alia gloria et alius
honor. ille intelligeretur. quam in presenti habent. In presenti
enim honor et gloria frequenter amittuntur. quia corruptibilis
est. et qui dat. et quod datur. et qui accipit. In futuro autem incorrupti
bilis datur honor et gloria. his qui secundum patientiam boni operis querentibus
uitam eternam. id est qui hac intentione bona operantur sunt
ut habeant uitam eternam. non ut uideantur ab hominibus uel y
pocrite faciunt. His autem qui sunt ex contentione. id est qui
contendunt uitam sed ut uos romani facti estis. uel qui contendunt
cum deo. nolentes penitere. et ipse inuitans nos ad peni
tenciam uocet. et qui non adquiescunt ueritati. et cetera. cre
dunt autem iniquitati. id est impunitati diffidentes de iudicio
futuro. his uero talibus erit post iudicium. ira. id est pena ma
terialis et spiritualis. et in ipso die iudicii erit eis. indig
natio. quia sanctis ipsis indignabuntur. et interim autem iudicium
post carnis absolutionem erit eis. tribulatio et angu
stia. in anima sola. Post iudicium autem erit ira et indig
natio. ut dictum est. Vel ita ut duo consequentia sint ex
positio duorum precedentium. quasi dicat. illis talibus erit ira

querentibus
uitam eternam
His autem qui
ex contentione
et qui non acquies
cunt ueritati.
credunt autem iniqui
tati. ira et indig
natio. tribulatio
et angustia in
omnem animam opan
tis malum iudei
primum et greci.
Gloria autem et hono
et pax. omni opan
ti bonum iudeo p
rimum et greco. Non
enim est personarum
acceptio apud
deum. Quicumque
enim sine lege pec
cauerunt sine lege
peribunt. et quicumque
in lege pec

dei. id est iudicium dei uenturus. in quo tamen omnis tran
quillitas. et nulla est perturbatio. Ira dei namque ab his
passionibus immunis est. ut ne uideatur irasci et non
uindicare subdit. indignatio. quasi addens super
iram iniuriam suam. deum uindicaturum significat. Vnde pre
dicta exponens subdit. tribulatio et angustia. et ap
pellatur tribulatio. quod post iram et angustia. quod post in
dignationem. De eisdem. In omnem animam operantis ma. iu
dei primum et greci. quasi superius dixerat unde singulariter di
cendo. his qui sunt et cetera. hic uniuersaliter dicit. ut i
cludat iudeum et gentilem. quia sub pena uenient. in
omnem animam. tam iudei quam gentilis operantis malum.
nisi opere. non solum facta significat. sed et perfidie professio
nem. de incredulo enim agitur. uel ideo in anima dixit. ut
spirituales penas intelligas. quia anima incredula
prius perdita carebit spirituali pena mortis anime dico
iudei primum. id est maxime. quia in scripta lege habent
et greci. id est gentilis. Iudeum semper anteponit. pro
gratia patrum. aut ut moneret prius. autem damp
natur gratiam. quod cum dominus per abraham honorificetur
ei est. diffidens autem per ei retandus est. quia donum prius
suis patribus restitutum. Gloria autem et honor et pax
pax quasi super incorruptio erit. Omni operanti bonum.
iudeo primum. tamen operanti uel primum id est maxime operanti
bonum. quia melius instructus melius operatur. et greco. id est
gentili. De eisdem. Non est enim et cetera. quasi ideo coequat iudeum
et gentilem in pena et gloria. enim. id est quia non est acceptio
personarum. apud deum. id est quia deus iudicat. non secundum perso
nas. sed secundum merita. quia utrique sed modo peccati damp
natur. non enim pro gratia generis sequitur. ut suscipiat
causa patrum diffidentem. ut abiciat a se pro indigni
tate parentum credentem. sed unumquemque pro merito. aut
remunerat. aut condempnat. Vnde. enim. id est quia. Quicumque
peccauerunt sine lege. scilicet scripta. id est gentiles. peribunt. id est damp
nabuntur. sine lege. id est sine legis preuaricatione. non de lege
scripta diceretur. quomodo dicitur sine lege peccasse. cum enim
omnes subditi sint legi naturali. Sed de moysi le
ge dicit cui iudei obnoxii sunt. dicebat enim apostolus
hic de illa lege quam dedit dominus per moysen populo israel. Ideo
ergo sine lege dixit eos. id est gentiles. quia non acceperant legem
quam se accepisse gloriabantur iudei. ideo quia autem. Quicumque
sine lege pec. scilicet scripta que per moysen data est. sine lege
peribunt. et quicumque in lege. id est legem scriptam habentes. peccaue
runt. id est iudei. iudicabuntur per legem. id est per legis preuari
cationem in qua arguuntur eos. Ita ergo nouerunt di
uina mandata. aufertur ab eis excusatio quam
solent hic homines de ignorantia. sed nec ipsi

amb

amb

amb
amb

sine pena erunt qui legem dei nescierunt. Videtur enim
iniustum peccare hominem scientem quam nescientem.
non tamen ideo fugiendum est ad ignorantie tenebras ut
in eis quisque excusationem requirat. Aliud est enim ne-
scisse, aliud est scire noluisse. Ignorantia quippe que
non est eorum qui scire nolunt, sed qui tanquam simpliciter ne-
sciunt, neminem sic excusat ut sempiterno ig-
ne non ardeat, sed fortasse ut mitius ardeat. Sed propter
ea non credunt quia non audiunt quod crederent. Ideo quamvis
excusabilis est omnis peccator et reatu originali et
additamento proprie voluntatis, sive qui novit sive
qui non novit, sive qui iudicat sive qui non iudicat,
quia et ipsa ignorantia in eis qui intelligere noluerunt
peccatum est, in eis vero qui non potuerunt pena pecca-
ti. Ergo non in utrisque iam est excusatio, sed iniusta de-
bet dampnatio. Ideo ait de utrisque: Quicumque sine lege pecca-
verunt sine lege peribunt, et qui in lege peccaverunt per legem iu-
dicabuntur. Non ita est intelligendum ut qui per ignem salvi fi-
ant, ut quidam dicunt, sed prorsus peribunt. Non nulli enim ca-
tholici tractatores in hiis apostoli verbis parum intelligentes
dendo aliter quam res se habet sapuerunt, ut dicerent se illos
perire qui sine lege peccaverunt, hos autem qui in lege
peccaverunt iudicari tantum et non perire, tanquam per penas
transitorias credant esse purgandi. Sicut ille de quo dictum
est, ille autem salvus erit sic tamen quasi per ignem, sed habuit
fundamentum bonum intellige de quo ibi agebat apostolus. Hic
autem de iudeis ait apostolus qui sine fundamento Christi fuerunt. Quis
autem Christianus dicat non perire iudeum si non credat in Christum,
sed tantum iudicari, cum ipse Christus dicat: Tolerabilius e-
rit Sodome in iudicio quam iudeis in Christum credere
nolentibus qui tanta in eis mirabilia fecit. Verum dicit quod
excusationem non habebunt de peccato infidelitatis
quia venit et locutus est eis. De quibus habent excusationem il-
li quibus nec per se nec per suos locutus est, qui tamen non effugi-
unt dampnationem, quia qui sine lege peccaverunt sine lege
peribunt, leviora tamen passuri, cui plus committitur plus
ab eo exigitur, et servus sciens voluntatem domini
sui et non faciens multis vapulabit. Sequitur: Non
enim auditores legis iusti sunt apud deum, sed facto-
res legis iustificabuntur. Id est quia aliquis diceret:
dicis eos qui in lege peccaverunt per legem iudica-
ri, sed nonne lex sola salvat? Ait: non, quia non fac-
tores [illegible]. Ideo in lege habentes iudicabuntur. Non
enim auditores legis iusti sunt apud deum et si apud homines, id est non per audi-
tum legis solo aliqui iusti sunt apud deum, sed factores
legis, id est illi qui legem opere implent, sed qui credendo in
Christum quod lex promisit, quicquid sunt quod de

cavierunt per
legem iudica
buntur. Non
enim audito
res legis iusti
sunt apud deum, sed
factores legis
iustificabuntur.
Cum enim gentes
que legem non habent
naturaliter que
legis sunt faciunt
eiusmodi legem
non habentes
ipsi sibi sunt lex. Qui
ostendunt opus le
gis scriptum in cor
dibus suis, testi
monium redden
te illis conscientia
ipsorum et inter se in
vicem cogitationum
accusantium
aut etiam

est per gratiam iustificabuntur, id est iusti habebuntur
iusti deputabuntur apud deum et homines. Vel ita: legis
factores legis iusti sunt, id est iusti fient a deo ut sint
factores. Non enim ita est intelligendum ut dicat eos
qui ante erant factores legis postea iustificari, sed potius
sic ut sciamus aliter non esse factores legis nisi iustifi-
centur, ut non iustificatio factoribus accedat, sed ut fa-
ctores iustificatio precedat. Ut si diceretur homines
creabuntur, non prius sed intelligi eos creari qui ante erant
homines, sed ipsa creatione fiunt ut sint homines. Sic ergo in-
telligendum est hic: factores legis, id est gratia iustificat eos
ut adimpleant legem, quia non faciunt ut iustificentur
sed iustificantur ut faciant. In aliis tamen quibusdam aliter
inveniuntur, ut est dicitur faciens bonum honorabitur
et homines liberabuntur. Intellige ergo quod bonum accedit iam
bonis, et liberatio illis qui iam erant homines, sed non hic ita ac-
cipiendum est, potius sicut supradictum est. Sequitur: Cum
enim gentes que legem non habent naturaliter ea que legis
sunt faciunt, eiusmodi legem non habentes ipsi sibi sunt lex, qui osten-
dunt opus legis sicut scriptum in cordibus suis. Videbatur su-
pra gentilem dampnari si male operaretur et salvari
si bonum operaretur, sed cum legem non habet, quis nesciat quod
sit bonum quod ve malum, videretur neutrum debere im-
putari. Contra quod apostolus ait: et si non habent scriptam legem,
habent tamen naturalem qua intelligunt et sibi conscii sunt quod bonum et quod
sit malum. Lex enim naturalis est iniuriam nemini in-
ferre, nil alieni preripere, a fraude et periurio abstinere,
alieno coniugio non insidiari, et cetera talia, ut habe-
tur dicens nolle alii facere quod tibi non vis fieri, quod e-
vangelice concordat doctrine. Per hoc non movet alios
hic significasse sub nomine gentium quam eos qui ad evangelium per-
tinent. Hec moveat quod naturaliter dixit, quod legis sunt
faciunt, non spiritu dei, non fide, non gratia. Hoc enim agit spiritus gratie
ut imaginem dei in qua naturaliter facti sumus instauraret
in nobis. Vitium quippe contra naturam est, quod utique sanat
gratia. Non ergo usque adeo in anima humana imago dei
terrenorum affectu in labe detrita ut nulla in ea linea-
menta remanserint, non omnino deletum est quod ibi per ymagi-
nem dei cum crearetur impressum est. Primum vitio sanato per
gratiam naturaliter fiunt ea que legis sunt, non quod per naturam
non ut dictum est negata sit gratia, sed potius per gratiam
reparata natura, quia gratia iustificati homine innova-
to lex iustitie scribitur quam deleverat culpa. Hoc et
illic scribitur per renovationem quod deletum erat per ve-
tustatem. Ideo tales et si legem scriptam non habent credendi
deum esse bonum vel male operari et vitio salvari sine dam-
nari, bonum operari dico et salvari, quia cum non est nisi per

Ro. 1. ipsi

ex omni

Amb.

Ro. de ....

Rom. de hyla

Ro. de d. Er....

In eod.

ambrosius

sed pro vindicta facientes sunt inexcusabiles multo
magis o homo omnis qui iudicas. i. o iudee qui per le
gem instructus alios dampnas. inexcusabilis es. quia non
te observas ab his in quibus alios reprehendis. Quod autem inex
cusabiles sint probat sive specialiter de iudeis sive com
de iudeis et gentibus. q. d. Vere inexcusabilis es. tu qui
iudicas. in quo enim [illegible] te ipsum reus es dam
pnationis tue. dum alium iudicas. Que est hec. eadem i. quia que
ad est agis que iudicas. i. in aliis reprehendis. Sequitur.

hic

Scimus enim. Iudicium dei est secundum veritatem in eos
qui talia agunt. Inanem excusationem gentium et iudeorum
sua auctoritate destruit hic apostolus. Possent enim in excu
sationem peccati sui dicere iudei. [illegible] ago que iudico me
tum iudicium defendit gentium lex. et gentes [illegible]
le defendit ignorantia contra quod apostolus ait. Scimus etc.
Ostendens iudeos non excusari per legem. et gentes non illos
per ignorantiam. Ignorantia enim [illegible] qui intelligere noluerunt

hic ad

re peccare et [illegible] qui non potuerunt penam peccati. q. d. vos
tamen opinamini sed nos scimus quoniam iudicium etc. Vel sic est ibi
[illegible] lege. Vere inexcusabilis es. quia scimus quia iudici
um dei est secundum veritatem. i. equitatem. non secundum personarum acceptionem
in eos. i. contra eos qui talia agunt. sive iudei sive gentiles sint
i. in eos qui illa faciunt. que in aliis reprehendunt. homines in
iudicio attendunt personam potentium divitum et huiusmodi.

ambrosius

sed dei iudicium tale est tantum. quia qui verax est non attendit perso
nas sed meritum vite. humanum quippe iudicium multis
modis corrumpitur. amore. odio. timore. sepe iudicium

iohannes damascenus

integritatem violatur. et iustitie regulam in diversum via
inclinatur. Iudicium vero dei est secundum veritatem. quia unicuique

ab

reddet secundum mensuram boni vel mali. Veritas quippe iudicium

oi

hoc postulat. ut malus mala. et bonus recipiat bona. Sed
illud in hoc loco videtur ostendi. quod soli dei sit secundum veritatem
iudicium. quia corda hominum nosse soli dei est. et [illegible] secre
ta dinoscere. Dicit enim [illegible] que committuntur opere quidem malo. animo

Nota

autem non malo. ut si quis ubi cum homine non voluntate occi
dit. alia non sunt opere quidem bono sed animo non bono. ut si quis
bene operatur non pro mandato dei. sed ut laudetur ab hominibus faci
at. Sequitur. Existimas autem hoc o homo omnis qui iudicas
eos qui talia agunt et facis ea. quia tu effugies iudicium
dei. q. d. nos apostoli ita scimus. sed tu o homo. i. carnalis non
spiritualis. omnis qui iudicas eos qui talia agunt. qualiacumque sint vel
[illegible] et tamen facis ea existimans. i. opinatus
hoc. scilicet quia tu effugies. quod et que [illegible] iudicium dei. et tamen
hic facis. quod mirum est. et est hic increpatio et ironia. [illegible]
[illegible] apostolus. quia impunitatem sperantes puniunt alios
iudicantes. et est hic capitulum generaliter agere. quod iudeos
et gentiles. potest et specialiter accipi pro [illegible] superstitio

Scimus enim
quoniam iudicium
dei est secundum
veritatem in
eos qui talia
agunt. Exi
stimas autem
hoc o homo omnis
qui iudicas
eos qui talia a
gunt et facis
ea quia tu effugi
es iudicium dei?
In divitias
bonitatis eius et
patientie et longa
nimitatis con
tempnis? ignoras
quoniam benignitas
dei te ad penitenti
am adducit?
Secundum duri
tiam autem tuam et
cor impenitens

sua generalibus plurimi ecclesie. quia per hoc possem exa
minari fallit intuentium. ut cum puniendus sit. ho
nore dignus appareat. Sic et de iudeo qui similiter q.
non est non congrue ait. iudicas. qui aliorum doctor
sic te accusas. Sed alios impunitate sperans. quia
hic potestas data est tibi. et non est in mundo ad presens qui
te iudicet. Sed et si deest ad presens qui te iudicet
effugies tamen iudicium dei. quia in mundo evasisti in
futuro non poteris. et quia ille dicitur. Cetera. ergo non punit.
dicit apostolus. Quia bonus deus expectat te. quod tu igno
ras et contempnis et hic est. Tu contempnis divitias
bonitatis eius. i. copiosam bonitatem eius. Copiosa
est bonitas dei. quia peccatoribus immittit multa bona
in mundo. blandiens ut ad penitentiam attra
hat. Et contempnis divitias patientie. i. copi
osam patientiam dei. qua te et multa peccantes susti
net. non cito eos punit. subaudi. et contempnis divitias
as longanimitatis. i. copiosam longanimita
tem dei. que non ad horam est sed longa per multa expec
tatus tempora. hic nunc exhibens deus. quia mirum est tempus nunc. et tam
hic facis. Quasi mirum est. Videtur autem longanimi
tas. que alibi sustentatio dicitur. a patientia differ
re. quia que infirmitate magis quam proposito delinquit
sustentari per longanimitatem dicitur. Quod non pa
tienti mente exultant in delictis suis. sed patien
tiam dicendi sunt. Patientia ergo est qua superbia et pe
caci mente peccantes non statim punit. longani
mitas est que per infirmitatem et non deliberati animi ma
litia peccantes diu portat. expectans ad pe
nitentiam. Hic autem contempnit qui non sic intrat ad penitentiam
ut deus intendit. sed ad impunitatem intrat. que ut
sollicitum faciat. [illegible] addit.
Ignoras. qui contempnis dei bonitatem. et vere ignoras
quoniam benignitas dei adducit te. quantum in se est ad
ad penitentiam. Ecce dum nescis esse misericordem et
autem hic facis. quod mirum est. Severe loquitur. quia ma
la mens non revocatur ad virtutem nisi timore. [illegible]
tende tu his [illegible] peccatum gradus [illegible]
tatos. Peccas enim o homo dum [illegible] impunitatem pro mi
tis. quod ibi notatur. existimas autem etc. Secundus gradus pec
cati quia contempnis bonum dei. unde ibi. An divitias
as etc. Gravissime peccas. quia ignoras te cont
mentem. Unde ibi. Ignoras etc. et autem hic facis. Increpa
tio quam mirum est. Sequitur. Secundum duritiam autem
tuam et impenitens cor thesaurizas tibi iram etc.
q. d. benignitas dei te adducit ad penitentiam.
sed tu non adduceris. immo thesaurizas tibi. i. [illegible] ac

cumulas tibi in die irae. et hoc secundum duritiam tuam et cor impenitens. i. quia durus es in malo tuo pertinax. de quo nec unde peniteas. Sunt enim quidam quibus mala que agunt displicent. et ducunt penitentiam cordis. quam tamen eis dat. ex eis exire laborant. de quibus non loquitur hic. Sunt alii quibus placent mala. et de misericordia dei nimis presumentes. et patientia abutentes mentis pertinaciter persistunt. in quos illud ostendit patientiam. et iram cumulant sarcinam. deterius peccando. Et sunt alii quibus displicet quod mala sunt. tanta tamen esse ea intelligunt. putantque ea non posse ignosci. sicut Cain qui dixit. maior est iniquitas mea quam ut veniam merear. et hac desperatione subrepit eis. ut quasi liberati tanquam dampnationi destinati. sine penitentia faciant. Sunt ergo in ima spe domini non tamen attenuantur. isti in desperatione domini bonum extimant. Ex utroque ergo periclitabuntur. sperando et desperando. Contrariis rebus et contrariis affectionibus laborantes periclitantur. Ista enim duo occidunt animas. s. desperatio et perversa spes. his duobus fit blasphemia in spiritum sanctum. Unde in euangelio dicitur. Qui peccaverit in blasphemiam verbum dixerit in spiritum sanctum non remittetur ei. id est ut infinitus. de quo Iohannes in epistola canonica ait. Est peccatum ad mortem. non pro eo dico. ut quis oret. Peccatum ad mortem vel in spiritum sanctum committitur duobus modis. s. per obstinationem vel desperationem. Obstinatio est indurare in malitia. unde pertinacia per quam fit homo impenitens. et impenitentia est blasphemia in spiritum sanctum. Desperatio est quando quis penitens diffidit de dei bonitate. utrumque dicitur peccatum in spiritum sanctum. Quia spiritus sanctus amor est patris et filii. atque benignitas. quia tanta est cuius finis non est. Vere ergo in spiritum sanctum delinquit. qui suam malitiam dei bonitatem excedere putant tollentes in hoc turbulentissimo iniquitatum mari portum divine indulgentie. quo se recipiant fluctuantes. atque ipsa desperatione addunt peccata peccatis. dicentes. misericordia nulla est. et insuper peccatores necessaria dampnatio debetur. qui pertinaciter malo inherent in spiritum sanctum. i. contra dei bonitatem peccant. qui eos patientissime sustinens plurimis donat bonis. atque ad correptionem et penitentiam undique vocat. Vocat enim beneficiis creature. vocat tempore vivendi. vocat per flagellum correctionis. vocat per verba consolationis. Sed obstinati vel longitudine vite dei male utendo thesaurizant tibi iram. non sic videatur. Deus misericors ut non videatur iustus. nec ita iustus ut non misereri non velit. Adhuc enim parcendo hominibus ut convertantur. ut non sit quod dampnet. Solet hic queri. quare peccatum in spiritum sanctum irremissibile dicatur. de quo diversis varie sentiunt. Alii enim dicunt ideo dici irremissibile. quia tales peccantes penitere non posse. hi tres corda indurata velut lapides sicut de diabolo dicitur. Induratum est cor eius tanquam lapis. Alii non

thesaurizas
tibi iram
in die irae.
et revelationis
iusti
iudicii dei
qui reddet
unicuique
secundum
opera eius.

dicunt. ideo dici irremissibile. quia tales peccantes numquam penitent. cum tamen possint. et ideo numquam eis remittitur. Quicquid in assertione sine opinionis auctoritate in medium proferatur. Augustinus namque ait. Ista impenitentia. vel cor impenitens quam diu quisque in hac carne vivit. non potest iudicari. De nullo enim desperandum est quamdiu patientia dei ad penitentiam adducit. Paganus est hodie. iudeus infidelis est hodie. hereticus est hodie. scismaticus est hodie. quid si cras amplectatur catholicam pacem. et sequatur catholicam veritatem. quod si isti quos in quocumque genere erroris notas. et tamquam desperatissimos dampnas. antequam finiant istam vitam. agunt penitentiam. et inveniunt veram vitam in futuro. Nolite ergo ante tempus quicquam iudicare. fratres. Prebendo enim patientiam deus dedit locum penitentie. nolens aliquem perire. et dignum morte facere. vel adhuc dampnare. Super Matheum autem eius dicitur. tanta est labes illius peccati ut deprecandi humilitatem subire non possit. et si peccator suum mala conscientia cognoscere. et denunciare cogatur. Super Marcum quoque dicitur. quod tales peccantes digne penitere non potest. Addentes ergo unumquodque auctoritatum auctoritatio nem. sub iudicio aliorum illarum peritiorum dimittens. ideo irremissibile mihi nobis dici. non quia numquam penituit. vel penitere non possit. sed quia vix umquam. atque difficile penitet. Unde Augustinus ait. secundum alium locum psalmi. Convertam in profundum maris. i. eos qui erunt desperatissimi. Unde illis cantet non ait. dico ut quis oret. sed non dico ut quis oret. Sed quando dicit tales non posse penitere. vel humilitatem penitendi subire. intelligendum est non posse non vix. et difficile. inquit. Unde dicit Augustinus ait. Cum in utrisque utroque iudicat dominus. quia ita non invenit a principio conversationis homines. ipse enim transfert de tenebris quod in mediis domini gratis per se consilium. Ergo deus ipse est puniturus istam nunc quisque desentit. dei patientiam pertinescat. ne quando nec in illo despiciet. minimi periculo evadere nequaquam possit. Tales apostolus deterrens ait. thesaurizas tibi iram. i. accumulas tibi in die iudicii prevocari. non dico de cade. sed elevatissimum iudicium ad diem iudicii provocari. In die irae et revelationis iusti iudicii dei. tempus iudicii appellat diem irae et revelationis. diem vocat. in per se. s. quia omnia tunc erunt aperta. quorum sunt occulta. ut quoniam ad peccatores quia tunc punientur.

his quidem
qui secundum
patientiam
boni operis
gloriam et ho
norem et incor
ruptionem

revelationis. quia tunc revelabitur. quod a nobis nunc nescitur. ut ostendatur in mente. iusti iudicii dei. quod nunc futurum negatur. Unde dixit iusti iudicii. quia ipse est qui reddet unicuique iuxta opera sua. Reddet enim deus unicuique secundum opera sua. quia illud quod libat non reddet sed opera est et larga misericordia larga est bonitas. In futuro autem reddet mala pro malis. quia iustus est. et bona pro malis. quia bonus est. et bona pro bonis. quia bonus et iustus est. tamen mala pro bonis non reddet. quia iniustus non est. Reddet ergo mala pro malis. s. penam pro iniustitia ut impiis. et bona pro malis. s. gratiam pro iniustitia. ut in parvulis. et bona pro bonis. s. gratiam pro gratia. ut in adultis qui bona opera in bono vitam meruerunt. Sed forte aliquis queret. quoniam

[Ambr.] mendacium. Commutaverunt enim veritatem dei in mendacium. deum verum dei qui est verus. dederunt his qui non sunt dii. lapidibus scilicet et lignis atque metallis assentientes quod sunt dii. nam quod non sunt ut dei veritas sit in mendacium. ut qui lapidem dicit esse deum. non enim negant esse deum. scilicet servierunt creature potius quam creatori. hoc est mutare verum in falsum. Vel. ideo videntur digne hec colere dei nomen et honorem his imposuerunt. Veritas quippe creature a deo est. sed non est deus quam illi in mendacium converterunt. creaturis tamquam creatorem colentes; ne quis dicat non colo simulachra. sed res eorum ut solem et lunam. ideo addit. et coluerunt. creaturam diligendo amando eam. et servierunt actibus creature. hic dampnat ea que in simulachris intelligebantur. servierunt dico creature potius quam creatori. qui illud esset melius. qui tamen licet ab illis privetur suo honore est benedictus. id est super omnia exaltatus in secula. id est sine termino. quasi dicat. hic tamen est qui a deo neque benedictus est in secula. dicis autem gentium ad ipsum pietas dat honorem. Ideo quod illi deum est fallitas sequitur.

[Ambr.] Propterea tradidit illos deus in passiones ignominie. Hic iam iudicia repetit. quasi dicat. et qui ita peccaverunt in naturam creatoris [illegible] id est ideo puniti sunt. Hic iam vindicta reperitur. sicut ante repertum culpam in passiones ignominie. id est voluptates carnis que et si delectent sunt passiones non honorande. Ignominia enim dicitur qui sine nomine dignitatis. Unde dicitur ignominiosus qui desinit habere dignitatis nomen dum in aliquo crimine deprehenditur. tradidit illos deus prius in passiones ignominie. id est in ardorem libidinis que est passio nature non honoranda postea tradidit in ipsum actum libidinis et vitie. Nam femine eorum immutaverunt naturalem usum. id est illicitum in eum usum qui est contra naturam. inter se scilicet agentes. Naturalis usus est ut vir et mulier in uno concubitu coeant. Contra naturam vero ut masculus masculum polluat et mulier mulierem. Si quis vero relicta coniuge aliam cognoverit. turpitudinem operatur et peccat. scilicet contra naturam non. quia non et ipsa coniuge alio modo quam decet dormiverit contra naturam operatur. Sequitur. Similiter autem et masculi relicto naturali usu femine exarserunt invicem in desideriis. Ecce peccata voluptatis desideriis dico suis. scilicet que a se sunt non a deo. [Aug.] irato deo propter ydolatriam humano generi provenisse testatur apostolus. ut femine feminis et masculi masculis turpi desiderio ad usum appetentur indebitum. Quod est enim mutare naturalem usum in eum qui est contra naturam. nisi sublato in suo concesso aliter uti quam concessum est. est illa pars corporis non habet humanum usum datum a natura. quod enim licet homo concessa et licita in alium ordinem conversa et aliter facta

Propterea tradidit illos deus in passiones ignominie. Nam femine eorum immutaverunt naturalem usum in eum usum qui est contra naturam. Similiter autem et masculi relicto naturali usu femine exarserunt in desideriis suis in invicem masculi in masculos turpitudinem operantes et mercedem quam oportuit erroris sui in semetipsis recipientes. Et sicut non probaverunt deum habere in

quam concessa sunt. peccatum est. Si autem putas omnino hanc apostolum ex hoc laudasse libidinem. quia usum femine dixit esse naturalem. omnino presertim usum femine laudare compelleris. ac per hoc etiam que committuntur cum feminis stupra laudabis quia et ista utique usus naturalis quamvis dampnabilis. quia legitimus non est. cum et filii non legitimi sed naturales vocantur. qui inde nascuntur. Ideo ergo concupiscentiam carnis nullo modo laudavit apostolus. sed naturalem usum appellavit illum usum. unde natura humana potest nascendo subsistere. nec dixit usum coniugalem. sed naturalem cum volens intelligi quibus membris ad hoc creatis. ut per ea possit ad generandum sexus uterque misceri. Ac per hoc cum eisdem membris et meretrici aliquis miscetur. naturalis usus est. non tamen laudabilis. sed culpabilis. ab ea vero parte corporis que non ad generandum est instituta. si et in coniuge quisque utatur. contra naturam est. et flagiciosum. Sequitur. masculi in masculos. quasi dicat. non tantum exarserunt. sed et in masculos fuerunt operantes actu turpitudinem in masculos. et ita fuerunt recipientes mercedem sui erroris. id est pro errore suo. quam oportuit. scilicet que peccato congrua fuit. id est receperunt vindictam dignam culpa. Quoniam enim idolatria pro impietate et cognitum nullum delictum est. tamen et compensatio est pro horrenda. id est pro sordida passio est. quam receperunt. in semetipsis. scilicet in natura sua vindicantes deum. id est vindictam dei sustinentes in suo sexu. scilicet deformitatem operantes. Et nota quod oportuisse eos istam mercedem recipere hic utique modo eam propterea quam iudicii sit sine ulla ambiguitate monstratam. Dixit autem quod ira illi ante fecisserunt et postea adiunxit. propterea tradidit eos. et cetera. Proinde precedentis est hec pena peccati. et tamen etiam ipsa peccatum est. Iudicio enim iustissimo dei traditi sunt. sive deserendo. sive alio modo explicabili vel inexplicabili in passiones ignominie. ut crimina criminibus vindicarentur. et supplicia peccantium. non tantum sunt tormenta. sed viciorum incrementa. Sed istas penas pauci vident. propterea eas maxime commemorat apostolus. et enumerat multa que peccata sunt. et peccati pene. Inter primum enim peccatum apostasie et ultimam penam ignis eterni. media que sunt. et peccata sunt et pene. Et sicut. vel quoniam non probaverunt deum habere in noticia et cetera.

noticiam

9

i. re. sen. Sacre itm q nondum resipiscunt mala cadut p ead culpa. g hoc aut qd dic sic. penā pecco assimulat. ut sic peccauert uise su di arbitrites dm nescire mala sua sic puniti sunt in rpo sensu. [illegible]

[illegible]

in reprobum sensum ut faciant ea que non conveniunt.

Repletos omni iniquitate, malicia, fornicatione, avaricia, nequicia, plenos invidia, homicidiis, contentione, dolo, malignitate, susurrones, detractores, deo odibiles, contumeliosos, superbos, elatos, inventores malorum, parentibus non obedientes, insipientes, incompositos, sine affectione, absque federe, sine misericordia. Qui cum iusticiam dei cognovissent non intellexerunt quoniam qui talia agunt digni sunt morte. Non solum qui faciunt, sed et qui consentiunt facientibus.

Propter quod inexcusabilis es o homo omnis qui iudicas. In quo enim iudicas alterum te ipsum condempnas. Eadem enim agis que iudicas.

[illegible]

Capitulum ii

stulti facti sunt. et mutaverunt gloriam incorruptibilis dei in similitudinem ymaginis corruptibilis hominis et volucrum et quadrupedum et serpentium.

[illegible]

Unde sunt inexcusabiles. [illegible]

[illegible]

Et mutaverunt gloriam incorruptibilis dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis. [illegible]

[illegible]

[illegible]

Propter
quod tradi
dit illos deus
in desideri
a cordis eo
rum in in
mundiciam
ut contume
liis afficiant
corpora su
a in semet
ipsis. Qui
commutave
runt veri
tatem dei
in mendacium
et coluerunt
et servierunt
creature po
tius quam
creatori qui
est benedictus
in secula secu
lorum amen.

[illegible]

evangelio. Iusticia dei est qua gratis iustificat impium per fidem sine operibus legis. ut alibi dicit apostolus: ut inveniar in illo non habens meam iusticiam que ex lege est, sed illam que ex fide est. Hec est iusticia dei que in testamento veteri velata est, in novo revelatur. que ideo iusticia dei dicitur quia impertiendo eam iustos facit. Hanc autem iusticiam evangelium revelat, ipso esse scilicet quod dominus dat fidem homini per quam iustificatur. qui credit dominum in Christum venturum et in promissis. Revelatur in hanc iusticiam in his domini in eo dicitur qui crediderit et baptizatus fuerit salvus erit, id est iustus. Vel iusticia dei est qua promisit dedit. que iusticia revelatur in eo quod credit se consecuturum que promiserat deus per prophetas suos. que non credit consiteri iustum dominum probat. iniustus est iusticie eius loquitur hic apostolus contra iudeos qui negant hunc esse Christum quem promisit deus. sed hic contra legem dixit esse in salutem omni credenti. quia in eo scilicet qui credit sine iudeus sit sive grecus est. veritas dei id est iusticia apparet deus verax. In eo vero qui non credit iniustus videtur negare in veritatem domini qui non credit eum dedisse que promisit. Quod subdit ex fide in fidem, quasi dicat iusticia revelatur videns ex fide dei promittentis in fidem hominis qui credit ei. quia incredentem iustus apparet deus. Vel secundum aliam per iustam sententiam sic procede. Iusticia dei est ex fide. hec autem iusticia fidei est ei homini qui consistit ex fide in fidem. hoc dicit propter preteritas fidei ut omnis qui vult per fidem iustificari universos articulos simboli habeat. ut conveniat iudeus: idem quod alii ex fide veteris testamenti id est non in uno deus colebatur in fidem novi non patris et filii et spiritus sancti colitur. ex fide prima adventus in fidem secundi. ut intelligitur credat ex fide prime resurrectionis que est animarum in fidem secunde que erit in corporibus. ex fide promissionis in fidem redditionis. ut credat dominum promisisse ac reddidisse vel redditurum fore. ex fide predicantium in fidem prophetarum. ut credat quod credunt maiores et minores. ex fide seminantium id est prophetarum in fidem metentium id est apostolorum conveniat in iustificando vel consequenter sive intelligat de fide verborum et spei in fidem rerum et speciei. Est enim fides qua credimus ea que non videmus. que proprie dicitur fides. Sed tamen est etiam fides rerum quando non verbis sed rebus ipsis presentibus credimus quod erit. est per speciem manifestam sequere plaudam sensus prebebit ipsa dei sapientia. Hoc ergo esset iusticia fidei non esset absconditum quod predicamus credendum et credendo ad videndum pervenieremus. dicit ergo iusticiam illi esse qui tamen sit ex fide verborum quibus credimus que non videmus in fidem rerum que credita optinebimus. scilicet ex fide in qua ministratur deo in illam non fruatur deo. quod tamen improprie dicitur fides. Quoniam de fide sit mentio. hic iniquendum est quod sit fides. et quia multis accipiatur fides. Fides est virtus qua creduntur que non videntur. In hac significatione dicitur fides. sed agnitionem fides est. que non videt. credere de ea ut videtur. Accipitur autem fides tribus modis scilicet pro eo quod creditur. et est virtus. et pro eo quod creditur. et non est virtus. et pro eo quod credit fides est qui credit et caritate virtus est. et hec est fundamentum omnium bonorum in qua

scriptum est. Iustus autem ex fide vivit. Revelatur enim ira dei de celo super omnem impietatem et iniusticiam hominum eorum qui veritatem dei in iniusticia detinent. quia quod notum dei est manifestum est in illis.

nemo potest. hec fideles facit et vere christianos. alia non demonum est et infidelium christianorum. nam demones credunt et contremiscunt. hec est informis qualitas mentis que dicitur informis. que sociam non habet caritatem que est forma omnium virtutum. pro eo autem quod creditur accipitur fides sicut ubi hec est fides catholica. que non quod scilicet. item hic accipitur etiam. Ex fide in fidem. fidei id est quod creditur id est simboli fidei iuste sunt gentes quod alique sunt hic posite. Sed quod numquam accipitur fides et dicitur fides catholica. quia quod universaliter ab omnibus credendum est. Solet autem a quibusdam inquiri. utrum illa informis qualitas mentis qua in malo christiano dicitur fides qua credit universa que fidelis christianus credit. accedente caritate remaneat. et virtus fiat an ipsa eliminetur. et alia succedat qualitas que virtus sit. ad quod poterit divinum oraculum implorandum videtur. quam aliquid a nobis diffiniendum. Utrumlibet tamen sine periculo dici potest. Est autem fides de bonis et de malis. et de preteritis et de presentibus et de futuris. Spes autem de bonis tamen et de futuris. sequitur. sicut scriptum est. Confirmat se apostolus ad exemplum prophete abacuc. ut declaret olim ostensum non iustificari hominem per legem apud dominum sed per fidem. quasi dicat ex fide est iusticia et vita ex fide est salus non ex lege. sicut scriptum est in abacuc. iustus autem ex fide vivit. sic expone. iustus est ex fide. omnis qui iustus est et vivit. non vita ista que presens est sed futura id est eterna que est merces fidei. quasi merces enim fidei est. unde qui credidimus quamquam non videmus. Sciendum autem aliter esse in abacuc quam hic posuit apostolus. In abacuc enim ita est. Iustus autem ex sua fide vivet. Sed hec et alia plura testimonia que ponit ab hebraica veritatis distantie que nec verum videntur discordare. quod ideo est quia aliquando sumit a lxx interpretibus aliquando sic loquitur eodem spiritu quo prophete. sensum sumit tamen non verbis utens verbis suisque dispone. Sequitur. Revelatur enim ira dei de celo super omnem impietatem et iniusticiam hominum eorum qui veritatem dei in iniusticia detinent. Commendata pietate fidei que iustificanti gratia deo esse debemus. contra non detestando id est impietatem subinfert. quod gentiles inflati et leves in idolorum figmenta tamquam deciderunt. non non requiescunt. sed confracti dissiliunt in lapides. hic vero specialiter agreditur gentiles. sed prope statum. quia iactabant bonam naturam et excusabant turpitudinem per ignorantiam. Sed quia autem apostolus dicit eos et ipsius habuisse noticiam et perdidisse per culpam et bonam naturam suis vitiis a deo relictam in omnia mala precipitatam. quasi dicat ex fide est iusticia et vita salus. quia ex impietate est iniusticia et ira id est pena. et hec revelatur in evangelio dei et hoc est. Revelatur. in evangelio ira dei id est pena. Quociens ira dei legitur. non perturbatio animi ei est intelligenda. sed vindicta. que irrogatur pena peccati dei dicitur veniens de celo ad inventum. Ira dicitur potestativa super omnem impietatem et iniusticiam. Non dicit super omnes impios sed quod plus est super omnem iniusticiam id est super omnes impietatis et iniusticie partes. Impietas est in deum peccare. iniquitas in homines. Vel impietas pro infidelitate ponitur id est a pietate religionis alienus sicut idolatria. Iniquitas dicitur que pravitate operis ab equitate discordat. et est sensus. vindicta dei de

Deus enim illis revelavit. Invisibilia enim ipsius a creatura mundi per ea que facta sunt intellecta conspiciuntur. Sempiterna quoque eius virtus et divinitas, ita ut sint inexcusabiles. Quia cum cognovissent deum non sicut deum glorificaverunt aut gratias egerunt, sed evanuerunt in cogitationibus suis et obscuratum est insipiens cor eorum. Dicentes enim se esse sapientes.

celo veniunt .i. ad iudicium in impios. invertentur. in eis igitur
o manifestat veritas. supo. ipi. nam. ł ita lege. ipi di
nera s. ipi. nulla. revelat de celo. q. accusat eos
q. indicavit eis creatorem ł statuit. Ex ipsa eni celi
fabrica. non illos ostendit. q. vo tam pulchra abl ago dō
nt ex his que fiunt. iq. ad invisibil creator eorum possit
agnosci. isol adorari. Rem g ficie gentile p lege naturae
p q. potuit deprehende fabrica mundi testificante aut
tonte dm solum diligendum ł invisibil. i. pietas ineis
apparet. dū ß videntes desinunt ad amitate nā fa
centes mu dni. Cui subd. eorum q veritate di invisibil
g de. q. qs dr i ē eis in dipietate cum nō cognouit
dm. ad q. respondet. manito eis tam. q. potuit q cog
noscere dm. i eorum aliq parti cognouerunt. h ꝯ voluit
malentes morari invisibil in sua voluptate. sic
lege littam. h v dico eorum q veritate di. i. nā de dō cog
nitione detinent. ē spōte eis offerentur. ipi dico mane
res in iusticia. i. in ope malo. bonū ē q. tenet. ł ma
lū ē ū tenet. veritate. n. tenet ł iniquitate. Invem
sta. n. dm oīn gentib o in philosophe. i colui ydolū. in
iusticia veritate. ipā detines in iusticia. i. q. p di
opa cognouisti. p hois opa pdidisti. Totū gsidasti
rerū ordinē. i. in vis attende q. mudi op dī sic. yd o
lū opus fab. si fab ydolo sic deus sigū dat. icon. ab ipo
ydolo fab adoraret. quom g hō fab cum deus nē ē si
hō ydoli fab ē. sic ē dm invisib. Ecce re. qsi dr fabri
q fecit illū. g si ydolū eos h'ret. tūc fabrū adoraret
q fec illo. Ecce quomodo detinet veritate di in iusticia.
Occurrebat aū aplo ut ei diceret. cū illi veritate de
tinet. ad qs dos locut nē. ł lege acceptē. sic spli s
nel. respondet. ostendit cū. q. q. notū ē di ma
nifestū ē illis. Deus n. revelavit ill. q. d. sic
detinet veritate di. q hoc di q. notū ē. i. id q. de dō
noscibile ē manifestū ē ill. dūc sū rōnis. q. d. i
se hnt vñ noscē possit q. cognoscibile ē de deo. s. na
turalē rōnē. Ideo dic q. de deo noscibile ē. q. multa
sut q de dō p natum sciri nō possit. ut de mistio trinitatis
p notus. i incarnationis. Notū di ē q. h. usum disp
ne. i illi rōne asseq possitum. Ignotū ū di ē. ro sube
est a nat. q. ome latet creaturam. Simul invisib
ū humane libationis. Ex tūc manifestū ē ill q ē
noscibile de dō. q. ū solū rō natal adi p fuit. s
dō ill revelavit. ill manifestavit. p op sium. p q.
eos adiuuit. h dic. ne sola natura sufficē videt. Ut
eni dō q natura invisibil ē. i a visibilib possit sciri.
op fec q. opifice visibilitate sui manifestavit
ut p certū incertū possit sciri. ille ē dō omnium

crederetur qui hoc fecit. q. ab his impossibile est
fieri. h philophi nobiles qsierūt. q. interrogantes eē
animi de creatore. i cū spē ac dispone. q voce
respondente. ab arte artifice cognouerunt. Unde seq.
Invisibilia. n. ipi a creatura mundi p ea q fa
sut intellecta gspiciuntur. Sempiterna q ē virtus
i divinitas. Ostendit q de deo i quo nisi sciri potu
erit. i q. qs quereret. s. qm id potuit. id q. notū ē di
manifestū ē illis q nō acceperūt lege subd. Invisi.
eni. i ē. notandum q. cū dō s trinitas sit simplex eē tn
a. ū ex diusitate aliq gsiter. plr dicit. Invisi. q a
plib nis p ea q facta sut cognoscit. s. q. cū ex ppetu
itate creaturū oips ex magnitudine creaturarum
ipm sim. ex gubnatione intere. gspicitur. rex eo
q. oīa replet ex comunitas. i. bonitas intelli. i hē q.
att. vere q. dī notū ē manifestū ē ill. eni. i. qua
invisibilia ipi. i. ip natura invisibil. intellecta. ū cor
porea ł imaginaria visione. s. tn ea in intel q di
vidis. intellecta d co p ea q facta sut. i si ū p lege scp
ta q. nō habuerūt. gspiciuntur a tre. mudi. i. ab hoie
ū solū ab angelis. hō ū creatura mudi dr. p excellētiā
q excellit int alias creaturas. ł q. queritura hī cū
oi creatura. Est eni locabil in loco ut corporalib. corp sent
ē aialib intellit cū angelis. tū ur medio dūs att. Iod
cate cuglm oi creatura. i. hoi. i attendens q. att. ipa in
visibilia intellig p ea q facta. q. p celū. terram. i alias
creaturas qs invisibs. ipetuas eē intellexerunt. ipm qdi
ue ē incapabile. invisibil. e cū. tūc gspexerūt. Vide
re. n. sūm philophi. qs certis ū invisib n famia atq
gla platos ē mundi. ullū corp eē dm. i dō cuncta opa
tūscenderunt. qrentes dm. videre. ēē q eq mutabile
ē ū eē sūmū dm. i dō aīam ōem mutabilesq spē
tūscenderunt. dem videre. ōmē spē in re qcūq mu
tabili q natal ē. ōe q. mutis mudi corp ū posse
ē ū ab illo q incomutabilit simplr ē. q ū alud est
illi eē. alud uiuē. alud intelligere. alud beatū ē. s q.
q ē illi uiue intellige beatū eē. h ē illi eē. p hanc
incomutabilitatē simplicitatē intellexerūt eū oīa
ista fecisse. i a nullo fī potuisse. Considaverūt. n. q'cqd
ē ū subst. ł corp eē ł spū. meli ē aliq spm eē q
corp. spē m q. corpis ē sensibilē. spē spm intelligi
bilē. i intelligibile spē. sensibili p tulerūt. Sensibili
a dicunt q. visu tactu q corpis sentiri qunt. Intel
ligibilia q spc cdis ītus intelli. Cū g incap gspectu
i corp i aium mag nim q speciosa eēnt. si aū oi
spē carere possent. oio nulla eēnt. viderūt aliqd ū eē p'mā i igmuta
bilē spēs. i deo q. incapabil. atq ibi eē rerū principiū rectissime crediderūt.

<< ds de ub d.

ds

Amio

ds detinuit di

audeo dicere. non est peccatum. tamen humana
temptacio est. si autem fecisse noluit. et cogit inuita
te homicida est. Iurat ergo sine peccato apostolus cum
dicit. testis est deus. et cetera. quasi dicat. quod habetis domino imputa
te et recte. iurata habenda ab eo dicit. et uere quod sine
intermissione memoriam uestri facio. Vel ita dicit. sequens agere
in exponit. quia gratias ago. scilicet in orationibus. et quidem sine
intermissione. quasi dicat pro uobis gratias ago. et hoc modo.
quia in orationibus meis. quia pro me et aliis semper
habetis in hedis constitutis ad orandum
facio memoriam. id est domini memor est. Quia memor dicitur
deus esse cum dat. oblitus cum cessat. et hoc sine intermissione.
Vel facio memoriam uestri sine intermissione. hoc ideo dicit
apostolus. scilicet se esse memorem illorum in orationibus. ut se
inuicem in caritate. id est ut eum amarent. et sic desi
derent audire. Quis enim non amet eum quem au
dit memorem sui esse. Quod autem ita sit iurando af
firmat. testis est. et cetera. quasi dicat. credendum est ita esse. ut di
co. enim. id est quia testis. scilicet mihi est deus. et ideo non est timendum
mentiri. et nichil eum latere. cui seruio in spiritu meo
id est in uoluntate. quia enim deus spiritus est. animo illi debet
seruiri. Vel sermo non in carne. id est in carnali
bus obseruantiis. scilicet sed in spiritu meo. id est in spiritualibus
scilicet in fide. spe. caritate. In quo sermo. In euangelio.
predicando non in lege. non in circumcisione. non in eo quod
moyses seruus tradidit. sed in eo quod filius unicus
docuit. Quantum enim distat seruus a domino. tan
tum distat euangelium a lege. euangelio dico filii eius. quod
scilicet filius eius tradidit. non scribendo. sed uiuis inspirando.
Sequitur. obsecrans si quomodo tandem aliquando prosperum iter habeam ad
uos in uoluntate dei ueniendi. quasi dicat pro uobis
gratias ago. et oro. ego dico obsecrans. id est per obsecrati
ones deprecans. Obsecratio est per sacra adiuratio.
ut per natiuitatem. et passionem. deprecans in quibus.
si quo. id est aliquo modo. id est per quid. scilicet quacumque ex causa
facili et difficili. habeam tandem. scilicet post longa desideria
aliquando. scilicet hyeme uel estate. iter ueniendi ad uos.
iter dico. prosperum. quasi non reputat apostolus esse. non ita sit. ut
perueniat ad illos quibus desiderat donum dei predicare.
prosperum enim iter est. non in cassum laborem itineris subire.
prosperum iter habeam. prosperum dico. in uoluntate dei.
id est secundum uoluntatem dei non sicut mali. qui reputant
prosperitatem se esse in suo malo perpetrato. Sunt enim quidam
qui per dei permissionem. non uoluntatem. prosperum iter uidentur
se accipere ad malum. si aliquod scelus perpetrauerint. hoc
ergo noluit intelligi apostolus. addens in uoluntate dei. quia non
semper prosperitas itineris dei uoluntate perficitur. quia multi in

prosperum iter habeam in uoluntate dei ueniendi ad uos. Desidero enim uidere uos ut aliquid impertiar uobis gratie spiritualis ad confirmandos. id est simul consolari in uobis per eam que inuicem est. fidem uestram atque meam. Nolo enim uos ignorare fratres quia sepe proposui uenire ad uos &

rebus seculi prosperis iuuantur successibus. et exultant in
prosperitatibus suis. sed non est talis prosperitas. ex uoluntate
dei apostolus uero et solitum reputat. quoniam si sit ex uolun
tate dei. quia tale iter erit aduentus apostoli. Sequitur.
Desidero uidere uos ut aliquid impertiar uobis
gratie spiritualis ad confirmandos uos. quasi dicat. obsecrans ue
nire ad uos. enim. id est quia desidero uidere uos. his quos
scripto corrigebat. et a carnali sensu abstrahe
bat. ideo sui presentiam necessariam dicit. quia ea que scribit etiam
posse accipi prauo sensu. quia aliter dicta solent ad aliud
referri ab hereticis. ideo ergo desiderat eos uidere. ut
presens doctrinam euangelicam sensu quo scribit eis traderet.
ne sub auctoritate litterarum eius non auferretur. sed con
firmaret errorem. et ideo. ut quod uerbis suadere non potuit
presens suaderet uirtute miraculorum. sed deinde desiderii
sui causam exponens addit. ut aliquid. quasi dicat. ideo desi
dero uos uidere ut impertiar uobis aliquid gratie. id est uos par
ticipes faciam. gratuiti beneficii dei. id est doctrine euangeli
ce. Gratie dico non carnalis sed spiritualis. quia iam carnalem sa
pientes erant. et dicit gratie spiritualis. carnalem illos sensum as
secutos significat. quia sub nomine christi. iudei eis contraria christo
tradiderant. quod consulens infirmitati humane so
la fide addit ita lege naturali humanum genus saluari
decreuit. Impertiar spiritualem gratiam ad confirmandos
uos. quia aliquid iam habetis. Sequitur. id est simul consolari
in uobis. Vel id est ut consolemur uobiscum. Vel aliter. per eam que
inuicem est fidem uestram atque meam. quasi dicat. desidero uobis im
pertiri gratiam ad confirmationem. que confirmatio a
deo est in gratia. quia id. scilicet uos confirmari est me con
solari in uobis. et ideo dicit. quia et si congaudeat facili
tati fidei illorum. dolet tamen de non recta fide. aliena
enim dolebat uitia. quasi sua addit. simul. quasi dicat. et
consolatio mea fiet simul uobiscum. quia et uos consola
bimini. tamen ego sum desolatus. sic et uos. et si non senti
tis. sed sic consolarer simul. Vel sed alia littera
sic potest legi. eodem sensu manente. quasi dicat. desidero
uenire ut impertiar uobis gratiam ad confirmatio
nem. id est ut consolemur uos. Verum per quod fiat consolatio
subdit. consolari dico per eam fidem non utique nouam
sed uestram atque meam que est inuicem. id est que per dilectionem
operatur. Sequitur. Nolo autem uel non arbitror
ignorare uos fratres. quia sepe proposui uenire ad
et prohibitus sum usque adhuc. Propositum et uotum suum
ostendit apostolus. quasi quod illos scire non ambigit. per
eos fratres qui ab ierusalem uel confinibus ciuitatibus causa
aliqua. siue religionis gratia romam ueniebant. cuique
sepe uellet uenire. et prohibetur. sic factum est ut

scriberet epistolam. nec diu in malo decerent difficiles corrigerentur. quasi quis diceret. desidias venire. et ego non venis. Ait quod prohibitus sum. et hic positum. Nolo autem vos ignorare fratres. id est quia sepe proposui non solum voluntate venire ad vos. et prohibitus sum venire ad vos aliquibus impedimentis. deo id agente. sed puniens culpa vestra. vel non dignos vos pariens. vel quia ociose se prohibitum diceret. sed et causas morarum disseruit. quod et hos ut se separet adhortatus est. non audientes gratiam spiritalem ministrandam fuit. dignos se efficerent a vitiis carnalibus abstinentes ad excipiendam eam. prohibitus sum dico usque adhuc. id est usque in presens. per hoc ostenditur id esse certum deo quo tempore quisque apostolorum debeat ire vel non debeat. et quod dispensatione quadam aliis quod sinat predicare verbum dei. aliis prohibeat. Fratres autem eos vocat. non solum quod renati erant. sed et quod eum inter eos qui recte sentirent. licet pauci. unde superius dixit vocatis sanctis. Sequitur. ut aliquem fructum habeam in vobis. sicut et in ceteris gentibus. quasi dicat. Ideo desidero venire. ut habeam vivo fructum. id est ut vos fructificetis per meam predicationem. Vel ut habeam fructum aliquem in vobis. id est ut ego premium pro vobis acquiram. pro utilitate quam omnium cupidum se venire dixit ad hos declarat. et ut hi salutem gratie consequantur recta tenentes fidei professionem. et hic fructum habeat apud deum ministerii sui. fructum habeam in vobis dico. sicut et in ceteris gentibus. Exemplo ceterarum gentium lacessit illos ad fidem rectam. promptior enim fit quis ad rem sibi contrariam si illi minores videat assecutos. Sequitur. Grecis ac barbaris sapientibus et insipientibus debitor sum. itaque in me promptum est et vobis qui rome estis evangelizare. quasi dicat. Ideo volo fructum habere in omnibus. quia debitor sum omnibus evangelizare. grecis ac barbaris. id est omnibus gentibus. grecos supposuit quia ab eis omnis philosophia mundana exordium sumpsit. barbaros vero eos dicit qui sunt qui ex legibus quasi non hebrei non greci non latini sunt. Et debitor sum evangelizare sapientibus et insipientibus. ut nemo de vestris propter ipso excludatur. Sapientes vero dicit illos qui mundialibus rationibus eruditi erant. Insipientes qui illarum rerum imperiti sunt. hiis autem omnibus se debitorem testatur. quia ad hoc missus fuit. ut omnibus predicaret. quod ad hoc accepit doctrinam ut aliis traderet. De iudeis autem tacet. quia magister gentium erat. Sic aliis debeo. ita et vobis quod in me est. debeo evangelizare. quia omnibus debitor sum. quod tale est nobis

prohibitus sum usque adhuc. ut aliquem fructum habeam in vobis sicut in ceteris gentibus. grecis ac barbaris sapientibus et insipientibus debitor sum. ita quod in me promptum est et vobis qui rome estis evangelizare. Non enim erubesco evangelium. Virtus enim dei est in salutem omni credenti iudeo primum et greco. Iusticia enim dei in eo revelabitur ex fide in fidem sicut

evangelizare in me promptum est. Si ego ad hoc paratus sum. ergo alterius culpa remansit. Quam minus missus sum si dicat. predicare omnibus gentibus promptum tamen romanis se [alibi] evangelizare ait quia ibi regni romani caput est et sedes. ad urbem enim pervenit sicut capite imperium tenetur. ideo romanorum pacem optat ut [illegible] se [illegible] sathanas. ut meliores sint operis fructum habeant. Sequitur. Non enim erubesco evangelium. Virtus enim dei est in salutem omni credenti. iudeo primum et greco. quasi dicat. in me promptum est. et ideo quia non erubesco evangelium. Sicut illi qui falsa predicant. et quia in cruce christi putant ignominiam. hii enim dicebant. Vigent eos quod non recte tradidit. vel quod de cruce confundebantur. de qua potius gloriari debent cum apostolo. quasi non ideo erubesco evangelium quia ipsum evangelium est virtus dei. id est virtutem dei annuntiat. non infirmitatem. sapientiam non insipientiam. quod enim est infirmum dei fortius est hominibus. et quod stultum est dei sapientius hominibus. Vel evangelium est virtus dei nobis credentibus non aliis. quia per doctrinam evangelicam peccata dimittuntur credentibus. et cum res exigit. fiunt miracula. quibus confirmatur doctrina. quod enim incredibile videbatur quod predicabatur. ideo signis et prodigiis ab apostolis factis firmabatur ne diffiderent homines de hiis que dicebantur qui tanta faciebant. Nulli enim dubium est virtutem verba credere. ideo quasi non sedet apostolus. erubescere de evangelio dei. illos autem erubescere fugere quod tradidit aut reprehensione [illegible] virtutum testimonio firmabatur. discordabat a doctrina apostolica. Evangelium ergo est virtus dei quia invitat ad fidem et dat salutem omni credenti. dum peccata remittit. et iustificat. ut a secunda morte detentum non valeat. significatur in missione crucis. Unde subdit. evangelium dico valens in salutem omni credenti. quia non dixit omni determinat. iudeo primum credenti. et greco id est gentili. quod in greco manifestum est. In greco enim gentile fuge. quam minus autem supponat iudeum causa patrum. tamen quia sum similiter indigere dicit dono evangelii christi. Si itaque et iudeus non iustificatur nisi ex fide christi. quod ergo est opus esse sub lege. Vel ita. Ideo iudeo primum et greco. quasi dicat evangelium valet in salutem omni credenti. evangelium dico necessarium. iudeo et greco id est gentili. Sed primum id est maxime iudeo. iudei enim hanc evangelii salutem et liberationem habebant necessariam valde. impotentes et alios seducentes. Iusticia enim dei ex eo revelatur ex fide in fidem sicut scriptum est. Iustus autem ex fide vivit. quasi dicat evangelium est credenti in salutem. quia est in iusticia quod est causa salutis. quod clare ostendit in ipso evangelio. Hoc est quod ait. Iusticia enim dei revelatur in eo

factus est ex semine david secundum carnem. Subiungit quomodo ita qui
factus est ex semine david secundum carnem. factus dico. secundum spiritum sanctifica-
tionis. id est secundum operationem spiritus sancti qui sanctos facit homines. qui in illa ma
tre sanctificavit ipsum hominem in utero virginali ex semine mu
lieris sine semine viri. Sequitur. ex resurrectione mortuorum. hoc refertur
ad illud quod dixit filii dei. quasi diceret. et quod ipse est filius dei. etiam humana
na natura unita est patet. ex resurrectione mortuorum ihesu christi domini nostri. id est ex
hoc quod fecit mortuos resurgere fecit. et hic ordinem librorum et ad
ponit. secundum dicit aliquem ordinem certiorem et meliorem sed videri
Vel aliter potest legi. ut predestinatus sicut presens accipiatur et
referetur hic ad cognitionem hominum sicut et illud. et vos illorum deus.
id est cognoscatur. et est sensus. quia dei filii qui latebat incar
ne quod esset predestinatus est. id est presens ab eterno manifestari
filius dei in virtute resurgendi. sed et resurgere a mortuis.
Quibusdam ambiguitas et diffidentia resurrectionis eius calca
ta est et ipsa. quia in morte et discipuli dubitaverunt. sed iterum
surrexit virtute divinitatis eminentis. sicut ipse ait. et exalta
tus fuero a terra omnia traham ad me ipsum. id est tunc cognoscatur deus
non esse dominus. presens est namque manifestari filii dei in virtute re
surrectionis et secundum spiritum sanctificationis. id est quia sunt deus spiritum sanctum.
deum quia virtute dixerit exponit subdens. ex resurrectione non dicit
ex resurrectione christi sed mortuorum ihesu christi domini nostri. quia sua resurrectio nostra gratia
est facit resurrectionem. ac si diceret. manifestatus est dei filius ex re
surrectione mortuorum domini nostri id est christi. id est quia resurrexit propter quod et nos in anima et corpore
resurgere fecit. Vel quia videtur mortem destruxisse ut nos redi
meret. quem et dominum nostrum vocat dicens. ihesu christi domini nostri. In
hoc enim apparet dominus quod mortuus mortem vicit. Hic enim maior
virtus et victoria videtur in christo quod ea potestate operatur
mortuus qua operatus fuerit
vivus. Per quem accepimus. hic

commendat eum ab liberalitate. Hic enim
ostendit quod auctor ei gratiae.
quasi diceret talis est christus per quem talem nos a
postoli cum aliis fidelibus accepimus
id est quia talis deus. gratiam. scilicet remissionem
peccatorum et pacientiam omnium labo
rum per quam remunerabitur in futuro.
et alia dona que omnia nobis data sunt
gratis. Et accepimus nos soli
apostoli apostolatum. id est auctoritatem et
legationem predicandi. Accepit enim
apostolus gratiam per christum. et omnibus fidelibus
hic apostolatum dicit se accepisse. ne
ingratus existeret gratie. quia ubi peccata
dimissa fuerunt ut nemo audeat
dicere. nunc post mortuis se ad
evangelium esse perductum. et nec ipsi apostoli. qui cetus superni

Per quem accepi
mus gratiam et aposto
latum ad obediendum
fidei in omnibus gen
tibus pro nomine eius in
quibus estis et vos
vocati ihesu christi
omnibus qui sunt rome
vocatis sanctis
dilectis dei gratia.

nent apostolatum accipere potuissent. non prius enim ceteris gratiam
quam passiones sanat atque iustificat accepisset. Ideoque oppor
tune tenens ordinem cause ait. accepimus gratiam et apostolatum. id est po
testatem apostolatus. Ubi. in omnibus gentibus. quomodo in iudeis. quia iudei
cohabitatione sunt in gentibus. Vel accepimus apostolatum non so
lum in magenere iudeorum. sed et in omnibus gentibus ad quid. Ad obe
diendum fidei. id est ut faciam ego et alii apostoli eos obedire fidei
christi. accepimus apostolatum et hoc pro nomine eius. scilicet christi. id est in tenere eius quod ei
vicarii sumus. Vel pro nomine eius dilatando. id est pro eius gloria non nostra
sicut vos romani facitis deinde ut familiari admoneat
convertit se ad eos dicens. in quibus. id est inter quas gentes. et vos. roma
ni. id est iudei et gentiles rome habitantes. estis vocati per
gratiam et vocationem et inspirationem ihesu christi. id est a ihesu christo per ablati
vo genitivus. more greco. Vel estis vocati ut sitis ihesu christi. quia omnium
generum salus est. Cum audiunt romani inter ceteros se vocatos
scire possent. quod non deberent sub lege agere. qui sine lege susceperunt
ceterae gentes fidem christi. ceteri populi vocati sunt sine lege moysi. et
hii eam servare deberent. Sequitur. Omnibus qui sunt rome di
lectis dei vocatis sanctis. huc usque pendet littera. quasi diceret. paulus
talis et talis scribit. omnibus qui sunt rome non aliis. scilicet dilectis dei
id est dilectis a deo. Quamvis enim romanis scribat. illis tamen se scri
bere significat. quos in caritate dei sunt. quia sunt hii non quos de filio dei recte
senserunt. hii sunt sancti et vocati dicuntur. Et aderat quia hic in sig
nificavit apostolus benignitatem dei potius quam meritum illorum. non
enim ait diligentibus deum. sed dilectis dei. prius enim dilexit nos
ante omnia merita. ut nos eum dilecti diligeremus. Unde et addidit
vocatis sanctis. ut se tribuat quod vocatus est. Non enim ita intelligendum
est quod ait. vocatis sanctis. tamquam ideo vocati sunt quia sancti erant
sed ideo effecti sancti quia vocati sunt. et ideo vocati quia dilecti. Vel
sit sensus. scribit. dilectis dei vocatis sanctis. id est illis quos dilexit ut
ad sanctitatem vocaret. quia sancti essent vocati per baptismum. Restat
autem ut apostolus dicat. salutem et compleat usitatum epistole princi
pium. ideo subdit. gratia et cetera. pro eo quod alii solent dicere salutem ait.
gratia vobis et cetera. quasi diceret. apostolus scribit romanis et inscribendo salu
tat sic optando dicens. Gratia vobis sit. id est remissio peccatorum.
Sola enim est gratia quia iustificat impium. ideo per prius hic gratiam mi
ta nulla precedit. quia meritis impiis non gratia sed pena debetur. nec
illa esset gratia si non daretur gratuita. sed debita redderetur. Addit.
et pax. scilicet sit vobis. id est reconciliatio ad deum et tranquillitas mentis.
Sicut enim gratia dei est qua donantur nobis peccata. ita pax est quia ex
inimicis reconciliamur deo. tamen sciamus et utrumque. scilicet gratiam et pa
cem. ad generalem gratiam dei pertinere. et si ita distincta sunt. ut ostendat
dat universum bonum esse. a deo subdit. a deo. quasi diceret. hec scilicet gratia et
pax sint vobis. a deo patre nostro. id est quia potestate est. quia deus
est et multum quia pater. Et ut sine christo nullam esse pacem et gratiam doceret
adiecit. et domino ihesu christo. sine quo nulla bona sunt nobis. Quaeritur autem
non adiungit spiritum sanctum. non in alia ratione videtur. nisi quia ipsum

donum dei spiritum sanctum intelligimus. Gratia potest et pax. quod aliud est quam donum dei? Gratia nullis meritis hominibus dari gratia potest. qua liberamur a peccatis. et pax qua reconciliamur deo. et in spiritu sancto. videtur ipsa trinitas patris et filii [illegible] unitas in ista salutatione cognoscenda. unitas apparet per hoc quod ait a deo. de hiis eodem ita ait Ambrosius. spiritus sancti nomen non posuit. quoniam in donis suis semper comprehenditur. id est in gratia et pace. quia et per eum dantur. honoratur et electis. ideo in donis suis intelligitur. Primum quidem gratias ago deo meo. Permissa salutatione ante alia de bonis eorum gratias agit. Gratias vero agere deo est sentire omnia bona a deo data esse et ipsum laudare corde voce opere. Summa quoque perfectionis [illegible] eos quibus scribit. per [illegible] eosdem [illegible] passus. Congaudet et hic de bono incepto eorum et precipue in hoc gaudere se dicit. quia fides illorum in omni loco currebat. Quia Romani et fidem non acceperunt secundum regulam a doctoribus traditam veritatis tamen quia de uno deo audierunt et in xpisto nomine Christi ceperunt venerari. gratulatur apostolus sciens illos posse proficere. per quod et caritatem suam gratia illos ostendit et hortatur ad profectum ita dicens. Primum quidem. quasi diceret. quod incepistis perficite quia a deo bonum est. quod de quo deo ante alia deo gratias refero. Et hoc est primum quidem id est ante omnia ago gratias deo pro vobis omnibus. quia et vos ipsi factatis. Et ante omnia se agere dicit quia fides illorum multis profuit. Nam et illi qui crediderant roborati sunt videntes principes suos fratres factos in fide. et qui non crediderant facile poterant credere eorum exemplo. pronum est enim facere inferiori quod videt fieri a potiore. Vel ita lege. Ago gratias deo pro omnibus vobis et aliis. et pro aliis. Primum quidem id est precipue pro vobis de quibus magna utilitas venit. sicut ante dictum est. Cui ago gratias deo meo. quem scilicet meum facio. quia non vos Romani facitis. Non est hoc ociose accipiendum quod ait deo meo. Non enim vox ista potest esse nisi sanctorum quorum deus dicitur. sicut deus Abraham et Isaac et Iacob. Cum ergo omnium sit deus per naturam eo quod sit creator omnium illorum tamen proprie per gratiam deus dicitur esse qui merito fidei et iusticie eius cultores esse probantur. Per quod ago gratias. non per legem neque per prophetiam sed per iesum xpistum mediatorem dei et hominum per quem nobis deus dedit omnia bona quia ipse est minister beneficiorum dei. Deinde quare pro eis precipue vel ante omnia gratias agat. ostendit subdens. quia fides vestra. quasi cum multa sint alia in vobis

nobis et pax a deo patre nostro et domino iesu xpisto. Primum quidem gracias ago deo meo per iesum xpistum pro omnibus vobis quia fides vestra adnunciatur in universo mundo. Testis enim michi est deus cui servio in spiritu meo in euangelio filii eius quod sine intermissione memoriam vestri facio semper in orationibus meis obsecrans si quomodo tandem aliquando

pro quibus gratias agere debeo. Erant enim disciplina mirabiles. et bono in opere cupidi. studiosi quia magis agendi boni quam loquendi. in hoc tamen precipue gratias ago. quia fides vestra et si non perfecta annunciatur in universo mundo. quia Roma caput mundi erat. et de fide illorum fama omnem locum pervagabatur. [illegible] per fidem [illegible]. Et nota quod non laudat apostolus fidem illorum tanquam perfectam sed facultatem fidei. quia in auditu auris crediderunt. et motum erga xpistum id est affectum propensum quem erga xpistum habebant. Sequitur. Testis enim michi est deus cui servio in spiritu meo in euangelio filii eius quod sine intermissione memoriam vestri facio semper in orationibus meis. et cum dixit se pro illis gratias agere. nunc dicit se pro eisdem orare. in quo et affectum suum circa vos ostendit ut suadeat illis caritatem. Ad hoc autem deum testem dat cui servit dicens. Testis enim michi est deus. ut melius sibi credatur. quod dicturus est. Permissa est hec auctoritas id est iuramentum quod sit fides dicendis. Sed forte quis dicat quod non iuravit quia non dixit per deum. sed dixit testis est deus. videlicet est iurare hoc. si dicas per deum iuras. si dicas testis est deus non iuras. Quid enim est per deum nisi testis est deus. quid est testis est deus nisi per deum. Ecce dico caritati vestre et qui per lapidem iurat falsum periurus est. quia creaturam domini adhibet testem. Nec facit apostolus quod hic et alibi sepe iuravit contra domini mandata. qui nolens iusticiam nostram habundare plusquam scribarum et phariseorum dicit in euangelio. Ego vobis dico non iurare omnino. Sit autem sermo vester est est. non non. quod amplius est a malo est. Ibi enim prohibuit dominus quod est malum. suasit bonum quod est appetendum. indulsit quod est necessarium. prohibuit et falsum et sine necessitate iurare. suasit verum loqui. indulsit iuramentum quod est necessarium. cum ait quod amplius est. Iuramentum enim faciendum in necessitatibus scilicet cum pigri sunt homines credere quod eis est utile. non est iuratio bona id est appetenda. nec tamen mala id est prohibita. cum est necessaria licet sit a malo infirmitatis eorum quibus aliquid persuades. quia infirmitas utique malum est. unde nos cotidie liberari precamur dicentes. libera nos a malo. Ideo quia non dixit dominus quod amplius est malum est. tu enim non facis malum qui bene uteris iuratione ut alii suadeas quod utile est. sed a malo est illius. Et notandum quia iuramentum [illegible] quod exigit iurationem [illegible] si novit illum iurare falsum [illegible]. Quod autem [illegible] et ideo dicit. vitam meam. ut eis fides sit. non

Amb.

Aug.

Aug de sermone dñi in mõte

Aug in eod.

Aug. in li. de predestinatione sanctorum. Id. in eod. Aug. de predestinatione sanctorum.

fuit. Quando de ea re que ex tempore fuit, utrum de persona an de natura, nisi de persona est? Preterea attendendum est, secundum quam naturam sit predestinata. Predestinatio est gratie preparatio, que ab eterno deus homini Christo contulit quod presciuit, conferens ut tantus si magnus filius fieret, bona sua meritis preparauit. Preclarissimum enim lumen predestinationis et gratie ipse est mediator dei et hominum homo Christus Iesus. Iste enim homo ut a uerbo patri coeterno in unitatem persone assumptus unigenitus filius dei esset, unde hoc meruit? Quod eius bonum qualecumque precessit, ut ad hanc ineffabilem excellentiam perueniret? Faciente ac suscipiente deo uerbo ipse homo ex quo esse cepit filius dei unicus esse cepit. Filium dei unicum femina illa gratia plena concepit. De spiritu sancto ex uirgine Maria deus unicus natus est, non carnis cupidine sed solo dei munere. Libera in illo uoluntas erat, et tanto magis quanto magis peccare non poterat. Appareat itaque nobis in nostro capite ipse fons gratie, a quo in cuncta membra eius gratia diffunditur. Ea enim ab initio fidei sue homo quicumque gratia fit christianus, sicut gratia homo ille ab initio factus est Christus. De ipso hic spiritu renatus est, de spiritu ille natus est. Spiritu fit in nobis remissio peccatorum, spiritu factum est in illo ut nullum haberet peccatum. Qui fecit illum hominem sine ullis eius precedentibus meritis nullum quod ei dimitteretur uel origine trahere uel uoluntate perpetrare peccatum, ipse nullis eorum precedentibus meritis facit credentes in eum quibus dimittit omne peccatum. Qui fecit illum talem ut numquam habuerit habiturusque sit uoluntatem malam, ipse facit in membris eius ex mala uoluntate bonam. Illum ergo et nos predestinauit, quia et in illo ut esset caput nostrum, et in nobis ut eius corpus essemus, non precessura merita nostra sed opera sua futura presciuit. Hec se deus esse facturum prescio ab eterno presciuit. Ipsa est ergo predestinatio sanctorum que in sancto sanctorum maxime claruit; quam negare quis non ualet recte intelligentium eloquia ueritatis. Humana ergo natura concessa est. Hic quod periit per Adam, regeneret gratia per Iesum Christum. Quis in capite nostro precedentia merita singularis illius generationis inuenit, ita in nobis membris eius precedentia merita fidei et regenerationis inquirat. Neque enim Christo retributum est ut nobis per aliquod meritum, sed gratis tributum. Ille quippe nos fecit credere in Christum, qui nobis fecit quem credimus Christum. Ille facit in hominibus fidei principium, qui fecit hominem principem fidei et perfectorem Iesum. Nullum ergo illustrius predestinationis exemplum quam ipse mediator. Quisquis ergo fidelis uult eam bene intelligere, attendat ipsum atque in illo inueniat et se ipsum, quia uidens ueram humanam naturam credens suscipiente deo uerbo sublimatam, ut qui susciperet et quod susceperit una esset in unitate persone. Neque enim homine assumpto quaternitas facta est, sed trinitas facta est, sed trinitas mansit, assumptione illa ineffabiliter faciente persone unius in deo et homine ueritatem. Hec de ipsa predestinatione sufficiant.

Aug. de bono perseuerantie. Id. de predestinatione. Aug. in Trinitate. Aug. de bono perseu.

Deinde uideamus utrum de re que semper fuit uel de re que non semper fuerit sit ipsa predestinatio, id est utrum de persona an de natura. Eundem sane ipsum qui secundum carnem factus est ex semine David predestinatum dicit filium dei in uirtute. Secundum hoc recte quippe dicitur filius dei non predestinatus, secundum id quod est uerbum dei deus apud deum. Ut quid enim predestinaretur cum iam esset quod erat, sine initio, sine termino? Illud autem predestinatum erat quod nondum erat, ut sic suo tempore fieret, quemadmodum ante tempora predestinatum erat ut fieret. Quisquis ergo dei filium predestinatum negat, hunc eundem filium hominis negat. Predestinatus ergo est Iesus, ut qui futurus erat secundum carnem filius David esset in uirtute filius dei. Sic enim inquit homo factus est dei filius predestinatus esse dicitur. Ecce ex his patet predestinationem esse de persona, id est de Iesu Christo, non secundum id quod semper fuit, scilicet secundum diuinitatem, sed secundum humanitatem; et est sensus: quod deus Christus factus est secundum carnem, quia Christus secundum quod est homo est, id est sola gratia preelectus ad hoc ut ipse homo sit filius dei, non utique adoptiuus ut nos sumus, sed in uirtute, id est in eadem potentia cum patre, non per gratiam adoptionis sed per unionem uerbi, id est quia humana eius natura per gratiam unita est uerbo. Non ergo per adoptionem filius est, neque adoptiuus filius est. Dicit enim Ambrosius: Nolunt uel nolint diuinam scripturam, filium dei nusquam adoptiuum inuenies, sed sicut Christus in quantum deus est naturale habet ut sit naturalis dei filius, ita in quantum homo per gratiam habet ut sit idem dei filius naturalis. Unde Ieronimus: De filio non hoc est, de domino nostro Iesu Christo scriptum est, quod semper cum patre fuit, numquam eum ut esset uoluntas paterna precessit. Et ille quidem natura filius est, nos non adoptione. Ille numquam filius non fuit; nos autem antequam essemus predestinati sumus, et spiritum adoptionis accepimus quia credidimus in filium dei. De hoc etiam Hylarius dicit: Contendunt heretici adhuc patrem quod pater est deum nolunt auferre filio quod filius est. Admittunt autem esse deum quod non de natura sit filius; non ex natura autem est qui non eadem in se habet nature significantiam. Neque enim filius est natura cum alia ac dissimilis erit a patre substantia. Pater autem quomodo erit, si non quod in se substantie atque nature est genuit in filio? Idem: Dominus dicens Clarifica filium tuum non solo nomine contestatus est se esse filium, sed proprietate. Nos filii dei sumus, sed non tales hic filius. Hic enim uerus et proprius est filius origine non adoptione, ueritate non nuncupatione, natiuitate non creatione. Ideo natura filius est, quia eandem naturam habet quam ille qui genuit. De hoc quoque Augustinus ait: Nos sumus filii gratia non natura, unigenitus autem natura non gratia. An hoc etiam in ipso filio ad hominem referendum? Ita sane. Idem: Quod unigenitus est equalis patri, non est gratie sed nature. Quod autem in unitatem persone unigeniti assumptus est homo, gratie est non nature. § Queri solet a quibusdam an secundum quod homo Christus sit deus uel dei filius. Quod ita esse ita probare conantur: Christus secundum quod homo predestinatus est; ... predestinatus est ergo quod predestinatus est secundum quod homo ut sit filius dei, et secundum quod homo est filius dei. Ad quod respondemus dicentes Christum esse id quod predestinatus est ut sit, sed non est secundum illud.

Aug. super ... Aug. in ... Aug. de fide in sermone.

secundum id, secundum quod praedestinatus est. Christus enim praedestinatus ut sit Dei filius, et ipse utique est verus filius Dei. Sed praedestinatus est ad hoc secundum quod homo, quia per gratiam hoc accepit. Sed quod homo, Christus tamen secundum quod homo non est. Illud vero forte secundum unitatem personae sit expositum. Secundum enim aliquando conditionem humanae naturae vel divinae exprimit, aliquando unitatem personae exprimit, ut cum dicitur: Christus secundum quod homo dimittit peccata, id est ipse homo qui est Christus vel persona ipsa quae est homo. Aliquando vero secundum notat causam, ut cum dicitur: secundum divinitatem iudicabit, id est ex virtute divinitatis. Has distinctiones suis locis diligenter animadvertendas esse. ¶ Quaeri etiam solet utrum Christus secundum quod homo sit persona. Ad quod dicimus: si secundum causam vel conditionem naturae notat, secundum quod homo non est persona, quia ex eo quod homo vel in quantum homo est persona non est. Quia si ex eo quod homo persona esset, ergo vel tertia in trinitate vel alia. Sed alia non, ergo tertia in trinitate, ergo deus. Item. Ideo in quantum homo non dicitur persona quia non est in quantum homo personali proprietate discretus a patre et spiritu sancto, quia in quantum homo non est genitus a patre vel filius patris. Filiatio autem proprietas est qua persona filii ab aliis distinguitur. Sed si in quantum homo non est persona tertia in trinitate, quomodo ergo supra dixit Augustinus quod suscepit et quod suscepit una est in trinitate persona? Haec enim auctoritas innuere videtur quod natura humana cum verbo est deus, quae non semper fuit deus, ergo non tantum natura divina est deus sed et alia. Quod quam absurdum videtur et alia plurima quae sequuntur inconvenientia. Praedicta Augustini verba et his cetera inventa sunt similia. Hoc tamen intelligenda nobis videntur: quod suscepit et quod suscepit una est in trinitate persona, id est ita deus suscepit hominem quod eadem persona quae erat prius immutata permansit. Unio enim suscipientis et suscepti unitatem personae non divisit nec variavit, ita scilicet est ut illa persona quae ante erat deus eadem homo esset. Unde super Iohannem Augustinus: quoniam verbum caro factum est una persona, facta est verbum et homo, id est ita factum est ut eadem quae est deus esset homo. ¶ Movet nos quod quidam supradixit Augustinus illum hominem assumptum a verbo, cum ille sit persona et persona non sit assumpta. Alibi quoque exposuit id omne quod magis movet. Si quis dixerit aut crediderit hominem Ihesum Christum a filio Dei assumptum non fuisse, anathema sit. Ita videtur quod persona a persona sit assumpta, quod quia nefas est dicere aut sentire, praedictarum auctoritatum verba sic intelligi sane possunt ut homo Christus sive homo ille ideo dicatur assumptus a verbo quia anima et caro in quibus subsistit homo sunt assumpta a verbo, ut ad vocabulum hominis et naturam respicias, non ad personam cum assumptum dicis. Item.

Quaeri solet utrum homo ille coeperit esse vel semper fuit. Sicut simpliciter enuntiamus Christum vel Dei filium semper fuisse, non coepisse, de quo Augustinus ait: habuit aliquando Dei filius quod non habuit, id est ipse homo filius quia non erat homo. Item. Sic nos electi quorum ille clarificatus quia prius quam mundus esset non eramus, nec ipse mediator Dei et hominum homo Christus Ihesus. Item. Christus natus et si forte homo re

centis est, tamen est aeternus deus. Alibi autem legitur quod puer ille creavit stellas. Et ipse Augustinus ait: Ego principium qui et loquor vobis. His itaque auctoritatibus in nullo refragamur, dicimus quia homo ille in quantum homo est esse coepit, in quantum vero verbum semper fuit. In his autem locutionibus sine adiectione determinationis sic respondendum convenit. Unde Augustinus: Fiat per ipsum in quantum verbum eius est, et quae facta sunt fecit. Sed perfecto secundum id quod homo est ipsum pro nobis glorificavit. Ipse ergo secundum quod homo praedestinatus est, id est sine meritis sola gratia praeelectus, non solum ut esset caput nostrum et ut non originale contraheret nec voluntate perpetraret peccatum, et ut ex mortali natura clarificatam immortalem, sed ut esset filius Dei in virtute, id est in aequali potentia cum patre. Et quia ipse sit filius Dei potest videri ex hoc quod conceptus est in natura secundum spiritum sanctificationis, id est quod ex spiritu sancto conceptus est. Considera vero quod non fuit ei spiritus sanctus pater semine, nec dominus illum patrem esse hominis, nec dicant duos esse patres. Sed de spiritu sancto conceptus dicitur ideo quia per operationem spiritus sancti, per quem omnia sanctificantur, divini numinis facta est illa conceptio. Probatur etiam esse filius Dei ex resurrectione mortuorum Ihesu Christi domini nostri, id est ex suorum, scilicet qui mortuos fecit se resurgere qui fuerant et quia ad se pertinebant. Secundum illud: Multa corpora sanctorum quae dormierant resurrexerunt cum eo. Et nota quod pronomen ibi non posuit pro nomine, more hebraico, quae locutio in scripturis est usitatissima et in veteribus praecipue libris celeberrima, ut Fecit Moyses sicut praecepit dominus Moysi. Vel ita ab illo loco secundum spiritum, quasi dicat: Christus probatur esse filius Dei secundum spiritum sanctificationis, id est quia suis dedit spiritum sanctificationis, sanctificationis dico incepte ex resurrectione, id est a remissione peccatorum, per quam anima resurgit a morte eius. Est enim duplex resurrectio, una animae, altera corporis. De resurrectione animae ait apostolus: Surge qui dormis et exurge a mortuis et illuminabit te Christus. Resurrectione dico mortuorum domini nostri Ihesu Christi, id est eorum qui mortui erant in peccatis, qui dicuntur Christi, quia eos nullus alius curare potuit, qualiter aliquis curandus a medico illius medici dicitur infirmus. ¶ Potest etiam de humana natura haec accipi quod ait apostolus: Qui praedestinatus est, ut ipsa ne dicatur praedestinata. Unde Augustinus: Praedestinata est ista naturae humanae tanta et tam excelsa et summa subvectio ut quo attolleretur altius non haberet, sicut pro nobis ipsa divinitas quousque se deponeret humilius non habuit quam suscepta natura hominis cum infirmitate carnis usque ad mortem crucis. De hoc eodem Ambrosius ita ait: Non de verbo loquitur hic apostolus sed de homine qui non erat antequam factus esset humanitas, quae non erat antea illa praedestinata est. Secundum vero sic lege litteram: qui factus est secundum quod homo praedestinatus est, id est cui humanitas praedestinata est et praeordinata sine suis meritis ut esset filius Dei in virtute, id est esset assumpta a verbo existente in eadem virtute divinitatis cum patre et unita illi in unitate personae. Sequitur: Secundum spiritum sanctificationis. Hic refertur ad illud quod supradictum est.

Quod ante promiserat per prophetas suos in scripturis sanctis de filio suo qui factus est ei ex semine david secundum carnem.

factus est. Filius unigenitus virginis, virgo facta est mater unigeniti Dei, ut quem pater genuit ex aeternitate ipsum virgo conceptum proferret in tempore. Deus igitur filius ut carnem hominis animamque mundaret, susceptione carnis animaeque rationalis incarnatus est.

¶ Unde et se ipso Christus minor factus est formam servi accipiens. Non enim sic accepit formam servi ut amitteret formam Dei, in qua aequalis patri. Ut in forma Dei et in forma servi idem ipse sit unigenitus filius est, quia Dei filius Deo patri natura est aequalis, habitu minor. In forma enim servi quam accepit minor est patre. In forma Dei in qua erat antequam hanc acciperet aequalis est patri. In forma Dei verbum. In forma servi factus est ex muliere. In forma Dei hominem fecit. In forma servi factus est homo. Quia ergo forma Dei accepit formam servi, utrumque Deus, utrumque homo. Et tamen est Deus etiam verus. Natus est secundum tempus et conceptus et natus ex virgine illo scilicet Deo naturaliter facto hominis filio, qui unus est naturaliter filius Dei patris, quo omnium naturarum creatori et Domino creavit virginem creandus ex virgine. ¶ Hic autem Deus humanam naturam in unitate personae suscepit, quam se humilians per nuptiam incorruptae virginis uterum ex ea nascendo implevit. Formam igitur, id est naturam servi, id est naturam accepit Deus, illa persona. Non enim accepit personam hominis sed naturam. Cumque tota trinitas operata sit formationem suscepti hominis, quoniam inseparabilia sunt opera trinitatis, solus tamen filius accepit hominem, id est formam servi, in singularitate suae in unitate personae, non in unitate seu in singularitate divinae naturae.

¶ Si autem adhuc quaeritur ipsa incarnatio quomodo facta sit, ipsum verbum Dei dico carnem factum, id est hominem factum, non tamen in hoc quod factum est conversum atque mutatum scilicet carne ut appareret carnalibus congruenter indutum. Ita sane factum ut ibi sit non tamen verbum Dei et hominis caro sed et rationalis hominis anima atque hoc totum idem dicatur propter Deum et homo propter hominem. Agnoscamus igitur geminam substantiam Christi, divinam scilicet qua aequalis est patri, et humanam qua minor est patre. Utrumque autem simul non duo sed unus est Christus, ne sit quaternitas non trinitas. Deus. De pro hoc est. Est Deus anima rationalis et caro. Tanta est enim unio utriusque naturae ut totum dicatur Deus, totum homo, et vicissim Deus homo, homo Deus. Quod si difficile intelligitur mens fide purgetur magis magisque a peccatis abstinendo et bona operando. Difficilia enim sunt haec. Ut tamen breviter dicam, non aliud fuit illa Dei summi exinanitio nisi formae servilis, id est naturae humanae susceptio. Utrumque igitur est in Christo, forma et utraque vera et plena est in Christo substantia. In quo ipse enim et inaestimabiliter unitae sunt ad invicem naturae, neque divina distante a propria simplicitate, neque humana aut conversa in divinitatis naturam aut in nihil existentiam divinam. Neque ex duabus una facta est composita natura. ¶ Christus igitur una persona est geminae substantiae, nec tamen Deus vel homo pars huius personae dici potest. Alioquin filius Dei antequam formam servi susci

peret non erat totus et crevit cum homo divinitati eius accessit. ¶ Sciendum tamen quod non semper factum esse ad creationem refertur. Sicut ibi: Domine refugium factus es nobis, et iterum: factus es mihi in salutem. Non enim creationis destinatio vel editio hic declaratur, sed nobis in refugium vel salutem esse dicitur quod prius non erat. Sed quaeri potest, cum nos salvatorem natum praedicamus, cur apostolus factum eum dicat ex semine David. Est aliud fieri, aliud nasci, quia in alio loco mittitur factum ex muliere. Aliquid igitur significatur hoc dicto. Caro enim non humano semine generata est, caro Domini in utero virginis et corpus effecta, sed effectu in virtute Spiritus sancti. Ideo apostolus dicit factum non natum. Aliud est enim semine admixto et sanguinis coagulo generari, aliud non permixtione sed virtute procreari. Possunt homines generare filios hominum, sed non facere.

¶ Item. Et si non intervenit semen hominis in conceptione virginis, tamen quia ex ea carne Christi formatus est quae constat ex semine, recte dicitur factus ex semine. ¶ Quaerens autem utrum Christus debeat dici creatura vel res creata simpliciter, audiat Augustinum super hoc ita differentem: In principio erat verbum et verbum non caro factum est per nativitatem incarnationis eius quae facta est in tempore ex virgine, et omnia per ipsum facta sunt. Neque dicit omnia, nisi quae facta sunt, id est omnem creaturam. Unde liquido apparet ipsum factum non esse per quem facta sunt omnia. Et si factus non est creatura non est. Si autem creatura non est eiusdem cum patre substantiae est. Omnis enim substantia quae Deus non est creatura est, et quae creatura non est Deus est. Sed si filius non eiusdem substantiae est cuius pater est, igitur facta substantia est. Et si facta substantia est non omnia per ipsum facta sunt. At omnia per ipsum sunt, facta igitur substantia non est. Quia tamen sicut ait apostolus factus ei est scilicet ad honorem patris, secundum carnem, infert non secundum deitatem. Factus dico, et specialiter ex semine David, quia Maria fuit de stirpe David, ex cuius semine formata est caro dominica opere Spiritus sancti in utero virginali. Sed attendendum est quare specialiter hic notat David, et cum etiam facta est promissio Abrahae sicut et David. Sed apostolus volens gratiam commendare maluit dicere de David, qui et criminosus fuit, quam fuit iustus, non de semine Abrahae, ut non pro merito sed gratia natus de eo putaretur. Vel non est, id est non ex homine rege. Rex autem secundum carnem natus est. Deinde a virtute commendans eum subdit.

Qui praedestinatus est filius Dei in virtute secundum spiritum sanctificationis ex resurrectione mortuorum Iesu Christi Domini nostri.

¶ Qui praedestinatus est filius Dei in virtute secundum spiritum sanctificationis ex resurrectione mortuorum. Hic primo videndum est quid sit praedestinatio et de quo sit praedestinatio, utrum de re quae semper

Ambrosius in li. de t.

Ambrosius in li. ... ut ... in ... praedestinatur ... particular ...

Id.

Idem Ambrosius de t.

Ambrosius in li. de t.

... intende

... divino.

Ambrosius

secundum carnem rex natus ostendatur, sic de deo rege

que tamen ante alias omnes non est scripta. Epistola enim que ad corinthios scribitur ante hanc scripsisse videtur. Et hoc de corintho scripsisse eundem insinuat, ex eo quod dicit: Commendo vobis phebem sororem nostram ministram ecclesie que est chenchris. Chenchris enim dicitur locus corintho vicinus, immo portus ipsius corinthi. Et hoc quoque apparet de corintho scripsisse ex eo quod dicit: Salutat vos gaius hospes meus. De quo prima ad corinthios dicit, salutans vos Gaius; hospes meus de quo scribens corinthiis memorat dicens: Gratias ago deo meo quod neminem vestrum baptizavi nisi crispum et gaium. Hec ergo epistola ad intelligendum ceteris difficilior, inquantum apostolus videtur, prescripta, primatum obtinuit in ordine epistolarum, non quod prius ab apostolo sit scripta, sed causa dignitatis romanorum, qui eo tempore cunctis gentibus imperabant. Interpretantur autem romani sublimes sive tonantes, quia illo tempore quo apostolus hanc epistolam eis misit, cunctis gentibus dominabantur, ideoque sub limiores ceteris omnibus erant, et intonabant precepta publi ca, et per totum orbem eorum fama omnium resonabat more tonitrui. Anno ab athenis apostolum scripsisse romanis dicit Ieronimus. Ab athenis civitate grecorum scripsit apostolus romanis hanc epistolam, quos non ipse, non petrus, vel aliquis duodecim apostolorum primum instru xerat, sed quidam iudeorum credentium, qui fidem Christi ab apostolis percepta, venientes romam, que princeps orbis residebat, cum erant ipsi subiti, quam apud ierosolimam didicerunt, romanis eam glizaverunt. Attende diligenter quod anno dicit apostolum ab athenis scripsisse. Origenes vero de corintho. Item inspice quod idem anno ait petrum romanis primum non predicasse, cum ecclesiastica historia sic contineat: Claudii temporibus clemen tia divine providentie petrum ad urbem romam deduxit; ibi adveniens primus in urbe roma sui evangelii clavis (?) regni celestis aperuit. Ieronimus quoque super epistolam ad romanos non scriptum est ut aliquid impertiar vobis spiritualis ait sic: Romanos per predicationem fidei confirmare se velle paulus dicit, non quod minus a petro, sed ut duobus apostolis attestantibus romanorum corroboraretur fides. Harum itaque romanos predicasse fuisse videtur dicentes dominus petrus romanis, contra romanis contra ad alios apostolos. Sed partem ad omnes credentes. Item dominus athenis romanis de scripsisse, corinthi vero profecisse. gradum erro nasse et peccati ideo prima ponitur radicem, sic sep tis destruit, scilicet superbia omnium. Que natione ce tum est, primum omnium peccati sunt sub custodie et ecclesie lestis sublimium ita ut se elevati lantias, quod romanos ad dissensiones et versuti tes esse sibi invicem de iudeis et gentibus ad Christum facientes. Erant enim parentes a quibus originem duxerant conversi, iudei autem

et per legem quam soli inter ceteras gentes acceperant genti les credentes despiciebant, dicentes propter observantiam legis eum servierunt meruisse accipere gratiam Christi et fidem evangelii et propter ritum inertes ... evenisse evangelium domini nostri ihesu Christi, atque ex his ingentis ... Nos de genere abrahe sumus, cum primi gentibus se preferebant dicentes: Nos de genere abrahe sumus. Nos peculiaris dei sumus. Nos de egip to forti manu et mirabilibus signis deus eduxit. Nos sicco vestigio mare rubrum transire fecit. In deserto manna pavit. Aqua de petra produxit, aliis sub silentio relictis. Nos soli digni sumus qui legem accipere et eius voluntatem cognoscere. Ad nos quoque specialiter dei filius in lege accipere ... Non sum missus nisi ad oves que perierunt domus israel. Gentiles autem econtra dicebant: Quanto plura beneficia vobis exhibita memoras, tanto vos deteriores esse ostenditis. Nam siccis pedibus quibus mare transistis, idola pecora saltastis, que propriis manibus fecistis, et illo ore quo laudes deo pro salute paulo ante de submersione pharaonis et egiptiorum laudes deo persolvistis, ydola adorastis. Preterea manna celitus datum in deserto fastidistis, cupientes redire in egiptum ad ollas carnium. Sepe etiam dominum irritastis. Ad ultimum Christum vobis in lege et prophetis promissum occidistis. Nos vero dignores sumus, qui ut de Christo audivimus, mox ei credimus. Unde constat nos non ... Prophetia dominus dicit: populus quem non cognovi servivit mihi, in auditu auris obedivit mihi. Non constat nos non ... industria, sed ex ignorantia deliquisse. Si enim prophetias aut apostolos audivissemus, ydola non coluissemus. Si autem de generis nobilitate vos iactatis, sciatis quod talium gloria est et ismael et esau possunt patrum gloriari, cum de eisdem pa tribus sint nati. His itaque altercantibus apostolus se medium interposuit, omnes illorum contentiones hinc inde diruens, et quasi bonus concionator voce consona illos alloquens, ad duos unam concordiam adducit, ostendens illos eorum suis meritis esse salvatos, quia omnes et iudei et gentiles sub peccato tenebantur, sed per gratiam dei. Per altercationem itaque predictam scribit romanis, confutans tam gentiles quam iudeos, docens eos humiliari et omnia attribuant gratie dei, et ostendens omnibus gratis venisse gratiam fidei et evangelii Christi. Et propterea et gratiam vocari ostendit, quia non quasi debitum iustitie reddita est, sed gratuito data. Ideo enim est gratia, gratis data, donata non reddita. Si enim debebatur, antequam gratia haberetur, vices redditam est, non gratia donata. Omnino itaque hec epistola pro gratia ponitur, quia omnium malorum ut predictum est, in dicere premit. Assigna tis ... romanis. ... explicanda est intentio. Apostolus roma nis scripserit, supra est de materia et intentione et modo tractandi exequitur. Generalis omnium epistolarum materia est doctrina evangelii. Intentio monere ad obediendum evangelice doctrine. Preter hanc autem in singulis particulares intentiones et materias continet. Prima itaque epistola materiam habet romanorum vitia atque gratie dei bona ad que eos hortatur. Intentio vitia eorum increpare, et ad veram pacem et fraternam concordiam sub manu gratie humiliare. Modus tractandi talis est, mo re scribentium epistolas salutationem premittit, in qua tria facit. Commendat enim primum suam et negotium et auctoritatem negocii, in quibus congrue captat benivolen ciam. Post salutationem vero utriusque partis vitia arguit, ostendens gentiles a naturali ratione et iudeos a lege exorbitasse. Deinde rursus pluribus ostendens iu sticiam et salutem eis utrisque esse non per legem sed per fidem Christi ihesu, ut a lege eos tollat et in sola fide Christi eos constituat. Circa finem vero moralis subditur instructio, atque in actione gratiarum finem tenet epistola. Premittit autem salutationem dicens: Paulus.

sex
sex
sex
Anno

[P]rincipis in uirgo facta ē. mat̄ uni
... ex ecl̄itate. ipsum in uirgo
dei. carne hominis. alāq.
qui fr̄onal incarnat' ē.
cuī p̄ē formā serui acci
ait seu abiecerit sin
telligit in infirmā ser
In hac aūt salut̄ natā e

prius p̄sonam suam comendat. iiii. modis. s. a nō.
a condicione. a dignitate. ab officio. a nomine. dicens.
Paulus. a condicione. ser. a dignitate. apl̄s. ab officio. se
gre(gatus). mel̄. Ex nōie aūt laudē sortit̄. si tam sp̄ius nōis im
impositionis causa aduertat̄. Paulus. n. hebraice. quietus.
grece. modic' latine sonat. i. hoc nom̄ paulus. q. ē hebra
icū. origine 7 inuencione. nō translatione impositū ē
aplo. ip̄e in nomī genuine initatus. s. modicitatis. i. q̄eius.
q̄rū alt̄am notat. hoc nom̄ gn̄ali appellatiōe apd grecos
. i. quiete. alt̄am ap̄ latinos. i. modicitate. hoc. n. nom̄
paulus cū sit appellatīm ap̄ grecos. hebreos. latinos.
impositū fuit aplo xp̄ū. q̄ ut ait beda sup acta apl̄os
anno passiōis 7 resurrectionis x̄. ad fidē uenisse p̄bat̄. tertio
quero decimo āno p' x̄. passionē aplatū gētiū. ē barna
ba 7 pauli uocablm accepisse. P'us. n. uocabat̄ saulus.
a saule p̄secutore. q̄r sic ille dd̄. ita h' ecclīā x̄. ē p̄secutus
x̄. uiii. aūt anno iuxta condictū aplo&rum; ad magistriū ē gen
tiū p̄fectus. hinc aūt sententie de nōie pauli consentit aug'
sic dicens. Nō ob aliud hoc nom̄ q̄ntū in uidet̄. paulus
s̄ elegit. ū ut se ostender̄ paruū tanq̄. minimū aplo&rum;.
Ip̄se p̄mo saulus p̄ea paulus dictus ē. ū q̄i iactancia
aliq̄ nom̄ sibi mutauit apl̄s. S;. ex saulo. factus ē pau
lus. i. ex sup̄bo humil'. i. modic'. paulū. n. modic' ē. Im
mutatū g'. se ē signāt. ex saulo. q̄ interpretat̄ inquietudo.
t' temptacio. paulū se dic̄. i. q̄etū. Q' enī p' temptaciones a
liis inferebat. p'. eas passus ē. Porro ex more s̄cór; aplo&rum;
id fecisse p̄hibet̄. q̄ in initiis p̄ficientes mutato nōie
s̄t uocati. ut ēēnt 7 ip̄o nōie noui. ut cephas. 7 filiz toni
trui. 7 h' mu. Vn̄ 7 s̄cā ecclīa iā in consuetudine dux̄. ut q̄s
in cathedra b̄i pet' sublimat. nōia eis mutet. Vl' sic ieronim
ait. Paulus a p'mo spolio q. s̄cē ecclie contulit. s. a paulo sergio p̄
consule. q̄. ap̄ cypru conūtit. h' nom̄ s' imposuit. ut sic par
tic'. q̄ parthos sup̄auit. 7 germanic'. qui germaniā uic
ē dic̄t'. sic ab eo p'ncipe quē p' subiugauit. paul' sit ap
pellat'. S;. q̄r nulla rat' in sc̄ipturis diuinis consuetudo dep̄
hendit̄. magis placet q. in n̄ra consuetudine frequent̄ repit̄.
inuenimū. n. in sc̄ptis. alios binis. alios t'nis usos ēē nōib'.
7 hoc utriq̄. mutuo. r. ut salomō q̄ ecclāstes. 7 ididia uo
cat' ē. 7 matheus q̄ 7 leui dictus ē. 7 alia p̄lā in hunc mod.

per. nō enī tonus 7 ceteri. cū homo diuinitati eius
accessit. S; Sciendum tā q. nō sēp factū ēē. ad creatio
nē refert̄. sic ibi. Dn̄e refugiū factus es nob. & item.
factus es m̄ in salutē. Non utiq̄. creationis destitutio.
t' editio. hic declarat̄. s; nob in refugiū t' salutē ēē dr̄
q. p'us nō erat. S;. queri potest. cū nos saluatorē na
tū p̄fiteam'. cur apl̄s factū eū dicat ex semine dd̄.
ē aliud sit. fi. aliud nasci. q̄ 7 alio loco m'r factū ex
muliere. Aliqd g' signauit hoc dicto. q̄r enī nō hu
mano semine concepta ē. caro dn̄i in utero uirginis. 7
corp' effecta. s; effectu 7 uirtute sp̄c s̄ci. ideo apl̄s dic̄
fcm̄ ū natū. Aliud ē cui semp̄ne ad ...

Paulus seruus ihu xp̄i uocat' apl̄s. segrega tus in euge(lium) dei.

... paulus in
tabil'. siue electus interpretari dr̄. quē et
dn̄s ip̄e uas electiōis uocauit. tā uita q̄.
doctrina mirabilē fec̄. Sequit̄. Seruus
ihu x̄. S;. querend' ē cur seruus uocat̄
cū alibi sc̄psit. Non. n. accepistis sp̄m
seruitutis. 7c̄. & item alibi. Itaq; iā nō ē ser
uus s; fili'. Et dn̄s apl̄is ait. Iā nō dicā uos
seruos s; amicos. Ad q. dicend' ē q. duo sūt
gn̄a seruitutis. Est enī seruitus timoris.
7 pene seruil'. 7c̄ seruit' amoris 7 filiacio
nis. atq; humilitatis. q̄ ad instar filii. q̄ ser
uit ū uult offende patrē. S; g' id s̄cd hu
militatis 7 amoris seruitutē dictū p̄ma
bim' ū errabim'. Non. n. p̄ hoc ledit̄ titulus
lib'tatis in paulo. q̄r oī lib'tate nobilior ē.
seruitus x̄pi. dicendo g'. seruus. nom̄ humilitatis po
nit. ut ad eā p̄uocet sup̄bos q̄b' sc̄bit. 7 ne misera ser
uit' uideat̄. nō simpl'r ait. seruus. s; add'. ihu. i. salua
toris. cui summo oms̄ seruire debēt. Cui. n. seruire. regnare
ē. Ihc ū hebraice. soter grece. latine saluator dicit̄. q̄.
nom̄ ab anglo fuit impositū di filio. eo q. saluū faci
... p̄plm suū a peccatis eo&rum;. Addit. x̄pi. i. regis 7 sacerdo
tis. x̄p̄c. n. grece. messias hebraice. latine dicit̄ unctus
7 iuncti. r. reges 7 sacerdotes ungebant̄. x̄p̄c aūt unct'
ē nō oleo uisibili s; inuisibili. i. plenitudine gr̄e sp̄ua
li. S; in p̄s̄o. Dilexit te. d. d. t. o. l. hoc nom̄ alius oli fuit
adiectiū. s; ihu sc̄m ē p̄priū. 7c̄ hoc sacratum nom̄. seruū aūt
ihu x̄. s' p̄fitens apl̄s. aliq̄ suo&rum; se exitū ostend'. utriq̄
nom̄ ponendo. i. ihu x̄. unū di 7 hoīs c̄ hereticos p̄sonā
ēē testat̄. multi q̄d' iam. alt̄m. ū. x̄pm. suspicantes fuisse.
s; unū 7 eius s' servit' ēē. Sequit̄. uocat'. & ecce dignitas.
ad q̄. p'mor' ē. Ecce de humili sic ē altus. s. ac si dic̄ sup̄b' q̄b'
sc̄bebat dicet. Ecce seruo 7 humili fec̄ me ds̄ aplm̄. 7 sub
limē. ita 7 uos humiles sitis ut exaltemini. Qui. n. se
humiliat. exaltabit̄. Gr̄am uero comendans non simpl'r

Principia rerum requirenda sunt prius, ut earum noticia plenior possit haberi. Tunc enim demum facilius potest esse modus declarari, si eius origo doceatur. Si ergo epistolarum scripture post evangelium edite modum volumus ostendere, poterit videri verum quod dicimus [illegible] quod sic invenitur. Post legis Moysi [illegible] divine mandata contemnebant, prophetarum doctrina fuit necessaria, que redivivia ipsi peccati [illegible] denunciatione compesceret, atque eundem prophetie [illegible] sionibus ad obediendum ac serviendum [illegible] commoneret. Ita in novo testamento post evangelium in quo [illegible] religionis ordo perfecte sanctitatis doctrina [illegible]rum Pauli et aliorum apostolorum secuta est doctrina [illegible] contra hereticas [illegible] pravitates et suborta vitia resecarentur, et [illegible] questiones excederet. Hi sunt panni qui ad extrahendum Ieremiam de lacu funibus circumligati sunt. Epistolarum siquidem doctrina legis et prophetie atque evangelii consona testimoniis velut funibus circumligata de lacu ignorantie et infidelitatis peccatorem ad lucem gratie et veritatis educit. Inter omnes vero epistolarum scriptores Paulus in tribus precipue excellit: scilicet in operis profunditate, et in fidei assertione, et in gratie commendatione seu spei sublevatione. In operis profunditate, quia hoc opus et verius plexi et ad intelligendum est difficilius. In fidei assertione, quia Paulus in lege et prophetis peritus ad fidei catholice assertionem congrua auctoritatum legis et prophetie induxit testimonia, ut [illegible] sub [illegible]. In gratie commendatione seu spei sublevatione, quia contra superbos et arrogantes et de suis operibus presumentes, commendanda Dei gratia fortiter et prudenter atque acriter dimicavit. Quod utrumque in illo evidentius et clarius apparuit, quia ante alia opera vehementer ecclesiam Dei persecutus, pro quo summo fuit dignus supplicio, pro maledictione consecutus gratiam et pro dampnatione suscepit misericordiam. In quo nostro spes nostra plurimum sublevatur. Sic enim cum audimus David homicidam et adulterum per penitentiam prophetie recepisse spiritum, omnis venie diffidentia peccatoris tollitur. Ita cum Saulum persecutorem ecclesie persecutorem factum apostolum predicatorem adverterimus, non modicum spes nostra attollitur. Inde est quod in ecclesia hee epistole plus ceteris frequentantur, ut psalmi David magis

[illegible] cum scripsit epistolas [illegible] huiusmodi [illegible] Ideo namque decem et quattuor scripsit, ut [illegible] insinuaret. Atque [illegible] legis dei per Moysen date [illegible] cuius in odium videtur [illegible] habere volens [illegible] ad [illegible] ipsis a pharaonis et egyptiis [illegible] doctrinam [illegible] diabolica potestate et ydolatrie servitute [illegible] epistolarum doctrina insinuaret. Ideo enim [illegible] scripsit, ut duorum testamentorum convenientiam [illegible] quod et Moyses in duabus tabulis lapideis simul [illegible] quibus legis decalogus inscriptus erat [illegible] et Christus idem in cena cum discipulis pascha celebrans significavit. Ibi enim lapis [illegible] quem gessit angulus unum [illegible] in oculis nostris. Panem [illegible] celeste cum [illegible] agno [illegible] veteris [illegible] novi per agnum [illegible] quod in veteri lege [illegible] fuerat [illegible] que nove legis sacramenta [illegible] est [illegible] significatur. Atque illa duo [illegible] [illegible] clamantur. Et enim tota in medio [illegible] [illegible] epistolas decem et quattuor conscripsit [illegible] personas ducentur [illegible] epistolam que ad Hebreos scribitur non fuisse Pauli [illegible] Barnabe vel Clementis vel Tertulliani vel Luce, quos sibi [illegible] huiusmodi, quia nec salutationis est [illegible] inscribitur et longe facundiore et splendide [illegible] est. Contra est quibus sufficienter respo[illegible] non est dicenda Pauli quod no[illegible] ergo nec Barnabe nec alterius [illegible] Pauli [illegible] intitulata sit. Hec ob id [illegible] est, quia diligentius est scriptura [illegible] plus valere in sua lingua [illegible] non scripsit greca. Ho[illegible] legis destructio[illegible] Hebreis odiosus erat, atque cerimoniarum [illegible] Non cura de legis [illegible] sequentis excluderet [illegible] hi sic et alie. De ordine [illegible] illa epistola [illegible] ordine sunt disposite [illegible] quare non est cum epistola que Romanis [illegible] quod ostendit prima ponatur.

P[illegible]

erit tibi iterum quod dicimus [illegible]
[illegible]
diuine mandata contemnebant [illegible]
te necessaria [illegible]
[illegible]
sionib[us] ad obediendu[m] ac seruiendum [illegible]
[illegible]